Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE
VITTORIO EMANUELE
9
4
M
B
30

JOH. CUNRADI

DIETHERICI,

Professoris olim in Academia Giessena Celeberrimi,

BREVIARIUM HISTORICUM,

Breviter & summatim

PER CAPITA EXHIBENS

HISTORIAM REIPUBL. JUDAICÆ ET IV. REGNORUM Catholicorum, quæ Monarchiæ titulo clarent.

IN USUM JUVENTUTIS emendatum, & multis in locis auctum.

GIESSÆ HASSORUM,

Sumptibus ALBERTI OTHONIS FABRI,

Typis Johannis Eberhardi Petri & Christani Liebensteinii.

ANNO M DC LXXIX.



HISTORICE.

Erum in orbe gestarum scientia, fidelisque Nutrix.

2. Promaconda rerum gloriosè vel secus gestarum, & theatrum Principum.

Archivum negotiorum tam civilium
ı domesticorum.

Physiognomice Regum & Princi-

Orchestra omnis generis spectacu-
n, seriorum & ludicrorum, lætorum
micorum, tristium & tragicorum,
vivis tam actionum quàm persona-
imulacris.

Gazophylacium disciplinæ togatæ &
æ.

Magistra morum, Pædagoga pruden-
Cynosura fortunæ, Vita antiquitatis.
Nuntia vanitatis seculi & magnatum
ous Statibus mutationum ac vicissi-
um.

9. Speculum consiliorum actionumque vitæ in gubernatione Ecclesiæ & Reipublicæ.

10. Ethica & Politica exemplaris.

HISTORIÆ

1. Duo perspicilla: *Chrono* / *Choro* } *graphia*, quibus perspicitur, *quando & ubi* quid sit gestum.

2. Historia ad rationem *temporum & locorum* cognoscenda; unde omnino unà jugenda Chronographia tanquam *oculus temporum*, Chorographia, *locorum*.

3. Chorographia considerat TERRAM per Insulam, Peninsulam, Isthmum, Continentem, Montes, Colles, Valles, Portus, Promontoria: AQUAM per Maria, Lacus & Flumina, per Freta & Sinus.

4. Synchronismus est congruentia in rebus gestis quoad tempus. Inde notari debet Historia coæva sive contemporanea, parallela & collateralis. Nil temporum supputatione melius, & nihil eâdem disputabilius.

5. Series temporum illustrat seriem historiarum.

6. Epocha seu Æra, certum est atque illustre

lustre cujusque rei initium & *temporis* quasi *retinaculum* fixumque signum.

7. Olympias Græcis notat spatium IV. annorum absolutum.

HISTORICUS

1. Magister prudentiæ, Nuntius Præteritorum, & rerum in toto orbe gestarum ἵστωρ & thesaurarius.

2. Scribere debet libero calamo, sed temperato de aliis, uti scribere de se vult alios, eique nihil præter res gestas scribendum, dilucidè, decenter, decorè, ut ne quid nimis, ne quid minus.

3. Imperiorum, Monarchiarum & Rerumpubl. initia, constitutiones, incrementa, gubernationem, conversiones & translationes exponit perspicuè.

4. In vero asserendo liber, in narrando integer *&* sine studiô partium, sine odio & adulatione, sine ignorantiâ & malitiâ.

5. In pertexendis βιογραφίαις considerat personæ nativitatem, natales, naturam, ingenium, voluntatem, educationem, studia, dicta, scripta, acta, facta, consilia, merita, mortem.

6. Mnemonicam historiam, cujus artificio memoria juvetur, condere potest, modò fiat aptè.



HISTORIA PRISCI MUNDI.

Periodus I.

ANTEDILUVIANA.

A condito Orbe ad Diluvium.

A.M. 1. DEUS trinus & unus *universum hu-*
1. *jus mundi theatrum* ex nihilo *sex diebus* absolvit, quorum primus est Lucis. 2. Aëris & aquæ. 3. Terræ & plantarum. 4. Solis, Lunæ & Stellarum. 5. Avium & piscium 6. Bestiarum & *Hominis*, creaturarum nobilissimi Gen. 1. v. 1. seqq.

2. Septimo seculi die DEUS ab opere creationis cessat, eumque suo cultui consecrat. Gen. 2. v. 2. 3.

3. Cœlo & terrâ conditâ *de terrâ* Deus primum hominem *Adamum* creat, plasma luteum animat animâ vivâ & intellectivâ, exanimati & in somnum soluti hominis costâ uxorem *Evam* format, eamque viro adducit in adjutorium & societatem conjugalem. Gen. 2. v. 7. 21. 22. 23.

4. Formatos à se singulari modo homines Divinum Numen luce intellectûs, rectitudine voluntatis, harmoniâ omniũ animæ

animæ virium facultatumque, corporis item incorruptibilis ornat præstantiâ. Gen. 1. v. 26. 27.

5. Homini *in Paradisum* introducto omnia in escam concedit, additâ tamen lege de non comedendo fructu ex *Arbore scientiæ boni & mali*, idque sub pœnâ mortis tum primæ tum secundæ. Gen. 2. v. 8. 9.

6. Illecebra fructûs technisque Diaboli sub astuti animalis *Serpentis* schemate latitantis, inducta Eva vetitæ arboris fructum degustat, & in consortium culpæ pertrahit virum, fitque quæ Viro adjutrix data fuerat, adjutrix ruinæ & mortis. Gen. 3. v. 1. 4.

7. Mandati divini immemor VIR mulieri à Diabolo deceptæ statim credit, de arbore, boni & mali intelligentiam habente, comedit, lapsu horrendo peccatum & mortem in mundum invehit, eoque bolo ipse & uxor spoliati omnium virium, mentis, voluntatis & affectuum integritate & puritate. Gen. 3. v. 6.

8. Uxoria persuasione deceptus Adam videt actutum, quid patrârit mali non tam in seipsum quàm in totam posteritatem, dum malè sibi conscius aufugit, & pudore nuditatis se abscondit à facie Domini, se-

rò deplorans non ſuam modò ſed omnem poſteritatis miſeriam. Gen.3.8.

9. Venit in paradiſum Deus, reos fruſtra ſe occultantes citat, crimen exprobrat, pœnas denunciat, & in medio juſtitiæ & judicii actu lapſos erigit aliâ ſpe ſalutis de *Semine* venturo, quod contereret caput ſerpentis. Gen.3.v.9.15.

10. Denunciatâ pœnâ & ſimul patefactâ de venturo MESSIA, generis humani Liberatore, promiſſione, ex feliciſſimo Horti Eden incolatu Protoplaſti ejiciuntur, & ad vitæ genus laborioſum transferuntur, aditu Paradiſi terribili cuſtodiâ Cherubimicâ præcluſo. Gen.3.v.23.24.

11. Adam Paradiſo expulſus agit in terrâ maledictâ diro exilio nongentos & triginta duos annos, & inter miſerias crebras ſentit magnitudinem transgreſſionis & fructum primi lapsûs in Filio primogenito Cain & poſtgenitis Gen.5.5.

12. Sub exilii initium *Cainum & Abelem* diverſi ingenii & inſtituti Filios, gignunt, quorum ille crudeli facinore fratrem Abelem ex æmulatione furioſâ trucidat, & profugus ultrice conſcientiâ vexatur. Gen.4.v.8 11.13.

13. Cain ſanguine innocentis Fratris pollutus expellitur à facie Domini, in exem-

emplum aliorum vagus oberrat ; amissâ conscientiæ securitate in urbibus securitatem quærit, domicilium tamen suis condit in terrâ Nod, primumque oppidum de nomine Filii Henoch appellat. Gen. 4. 14.15.16.

14. Post cæsum Abelem alius Adamo A.M.
Filius gignitur vitæ integritate & pietate 130.
par, nomine *Seth*, cùm jam esset annorum 130. Gen. 5 v. 3.

15. Seth procreat *Enos*, Enos *Cainan*, Cainan *Malaleel*, hic *Iared*, Jared *Enoch*, cujus filius Mathusalem Lamechum gignit. ex quo *Noa* venit. Gen. 5. v. 6. seqq.

16. Religionem Cainicis impietatibus obfuscatam & tantum non obliteratam *Enos* resuscitat, illustrat, & quam ab Avo atque Patre suo hauserat de vero Deo & promisso Messiâ veram religionem in publicis conventibus scholasticisque cœtibus prædicat, *cæptumque* tunc solenniter 235
invocari nomen Domini. Gen. 4. v. 25.

17. Sethi trinepos *Henoch* ob singularem pietatem vitæque sanctimoniam à Deo, cum quo *ambulasse* dicitur, in cœlum vi- 987
vus transfertur. Gen. 5. v. 24.

18. Mathusalem, Noæ avus, omnium mortalium fuit μακροβιώτατος, vivit annos 969. solum Deum habens se seniorem Gen. 5. v. 27.

19. Lamech (non ille Pater Noæ sed abneposCaini)primus bigamiam inducit, & ex Ada procreat *Iabel & Iubal*, ex Zela *Tubalcain & Naema* filiam,inventores plurimarum artium & opificiorum. Gen. 4. v.19. seqq.

20.Crescente hominum malitiâ & piorum numero ad paucissimos redacto, Deum *pœnitet* (tristissimâ hâc voce utitur) suæ creationis, constituitq; delere humanum genus,non ignis sed aquarum supplicio. Gen.6 v.7.

21. Diluvii vaticinator Præcoque justitiæ *Noa*, cùm frustra seculo maligno Dei iram promulgasset, à Domino admonitus *Arcam* magnæ capacitatis,tam recipiendæ familiæ quàm animalibus ex omni genere jugatim complectentis accommodam , fabricat,eamque cum uxore & filiis tribus,
1656 Sem,Cham & Japheth,ac Filiorum uxoribus ingreditur,quô factô aquarum universali diluvio primus ille orbis intercidit totus. Gen.7.v.1.seqq.

22. Cataclysmus totum terrarum orbem implens universos mortales involvit & delet, præter paucos è Noæ domo homines nave ingenti, affabrè in hunc usum & solerter ædificatâ , unde genus humanum repararetur.

23.Noa

23. Noa per integrum annum in arcâ commoratus, exſiccatis jam terris, egreditur, ſoteria Deo ſolvit altari erecto, & ſignũ clementiæ divinæ *Iridem* in nubibus accipit de hominibus nulla deinceps eluvione & cataclyſmo perituris. Gen. 8. v. 15. ſeqq. & cap. 9. v. 12. ſeqq. 1657

Periodus II.

POST DILUVIANA,

A Diluvio usque ad Abrahæ nativitatem.

1. Noa, generis humani poſt Adamum alter Parens, ſecundi Mundi Patriarcha primus, Veteris & novi orbis Janus, ac Vitiſator primus, cùm cæpiſſet terram colere & vites plantare, vino inebriatus, nudus in tabernaculo jacet. Gen. 9. v. 21.

2. Poſt illam mundi reſtaurationem vix aquarum vorticibus ereptus Chamus in Parentem, vino largius epoto conſopitũ, peccat, quo contemtu maledictionem & diras incurrit. *Sem* verò *&* *Iapheth*, quia magnâ reverentia palliũ nudato Patri injecerant averſo corpore accedentes, benedictionem meruêre. Gen. 9. v. 24. ſeqq.

3. Vacui orbis diviſionem facit Noa in tres partes pro totidem filiorum numero

 & hæ-

& hæreditate, ut *Sem* intra Orientem, *Iapheth* Occidentem, *Cham*, à quo Canaan & Canaitæ orti sunt, mediis contineretur. Gen.10.v.1.seqq.

4. Japheth ex Oriente in Occidentem migrat, in maximam hominũ multitudinem crescit benedictionis paternæ vi, cujus posteritate totam Europam & partem Asiæ implente. Gen.10.v.2.

5. Multiplicato in Noæ posteris humano genere una erat prius inter eos lingua usque ad insanam illam *Turris Babelicæ* ædificationem, quam insequitur linguarum confusio & multiplicatio, ut confusis linguis ipsorũ insolentia in extructione turris altissimæ impediretur. Gen.11. v.7.8.

6. Heber, pronepos Sem, *Pater omnium Hebræorum*, à cujus nomine *Hebræis* nomen manet, & à cujus stirpe ortum ducit Abrahamus.

Periodus III.

REGIMINIS PATRIARCHALIS.

Ab Abrahamo nato ad Mosem.

Quadruplici potestati ac dominatui subjecta fuit Gens Judaica, Patrum, Judicum, Regum, Pontificum. Prima gubernationis forma, blandiorque ea *Patrũ* sub Ethnarcha *Abrahamo* cæpit potissimum.

1. ABRA-

,li
aar
etur

tem
udi-
ejus
Asiæ

na-
gua
æ-
um
in-
ur-

us,
o-
cit

a,
ui
i-
r.
b
a.
?.

I. ABRAHAMVS.

1. Hebræorum ſive Judaicæ gentis auctor, cui *Pater* Thare, *Patria* Ur Chaldæorum, ex quâ vocatur in Haran Meſopotamiæ, indeque egreſſus Dei voce, Patriâ & Patre relicto, in Palæſtinam ſeu terram Chananæorum ſe confert aſſumtâ ſimul 2023 uxore Sara & Lotho, Fratris Filio. Gen. 12. v. 1. & 5.

2. Annonæ caritate in Ægyptum pulſus periculo ibi non minimo exponitur propter raptam à Pharaone uxorem, qui raptus eidem evenit ſub Abimelecho, Rege Gerer, utrobique tamen conjuge inviolatâ Dei auxilio receptâ. Gen. 12. v. 10.

3. Inde reverſus in locum, ubi antea tabernaculum fixerat, denuo ad altare inter Bethel & Hai extructum Jehovam veneratur. Gen. 13. v. 4.

4. *Lothum* in bello illo, quod quatuor fœderati Reges contra quinque Pentapoleos Reges gerebant, captum vindicat è manu hoſtium tumulturiâ manu trecentorum & octodecim Venarum, cui cum prædâ reduci *Melchiſedechus*, Rex Salem, gratulabundus occurrit, pane & vino ad reficiendum militem liberaliter ſuppeditato. Gen. 14. v. 14. ſeqq.

5. Pro

5.Pro *Sodomitis* apud Deum intercedit, qui cum urbib⁹ circumjacentibus ob horrenda peccata igne cœlesti pereunt, Ecclesiâ Lothi prius inde abductâ. Gen.18.& 19.

6.Abrahamum Deus aliquoties invisit, fideque multifariam tentatâ promissionibus erigit amplis, non tantum de terræ Canaan possessione, sed etiam admirandâ seminis sui multiplicatione & benedictione per MESSIAM, benedictum semen, ex lumbis suis nasciturum. Gen.15. v. 1. seqq.

2048 7. Ei jam centenario Sara nonagenaria parit filium *Isaacum*, quem die octavo circumcidit, &, ut DEO pareret jubenti & fidem tentanti, immolare constituit in monte Moria. Gen. 21. & 22.

8.Sara demortuâ alteram ducit uxorem *Cethuram*, atque ex ea sex filios suscipit. Gen.25.v.1.

9. Moritur anno ætatis 175. delatus in monumentum, quod ante 38. annos sibi atque uxori Saræ comparaverat à Filiis Heth. Gen.25.v.7.8.

2. ISAACUS.

1. Obediens in Deum & Parentem, pacisque studiosus.

2. Rebeccam consobrinam, Bathuelis Filiam formâ & virtute præstantem, ducit, quæ,

quæ, poſtquam cum eô vixiſſet annos circiter viginti ſine prole, demum, fæcundata *Gemellos* parit, quorum primogenitus *Eſavus*, alter *Iacobus* ex re & eventu vocitatur. Gen. 24. & 25. 2108

3. Fame coactus ad Abimelechum Regem Palæſtinorum in Geraris peregrinatur, uxoremque Sororis nomine diſſimulans de illâ periclitatur. Gen. 26. v. 1. ſeqq.

4. Geraritis inviſus ob gratiam Regis & opulentiam, ſecedit in vallem vicinam, & patientiâ ac prudentiâ ſuâ flectit Regem ad reconciliationem & fædus: Gen. 26. v. 28.

5. Annis gravis & uſurâ lucis diurnæ orbatus, *Filiis* ſolenniter *benedicit*, aſtuque Rebeccæ matris Fratri natu maximo præponitur Jacob, adorandus Principibus & gentibus. Odium hinc Eſavi in Fratrem usque ad ſanguinem & jugulum. Gen. 27. per tot.

3. IACOB & ESAV.

1. Diſſimiles admodum animis moribusque Fratres gemelli diſcorditer vivunt, de quorum ſatis reſponſum Domini factum, duos in his prænuntiari populos, majorisque poſteros minoris poſteris ſervituros. Gen. 25. v. 23.

2. Eſau

2. Esau agros & venationem amat, Jacobus quietioris vitæ cultor domesticæ disciplinæ vacat. Gen. 25. v. 27.

2148 3. Esau 40. annos natus contra voluntatem Parentis, ducit duas uxores Cananæas, gentiles & idololatricas. Gen. 26. v. 34. 35.

4. JACOB primogenituræ dignitatem & jura ab Esavo ad se transfert edulio lentis, modicoque decocto decoquit τὰ πρωτοτόκια Esau. Gen. 25. v. 33. 34.

5. Esavus irâ accensus necem Fratri intentat, quâ ille necessitate compulsus hortatu Matris fugit in Mesopotamiam, & consilio Patris ex domo Laban ~~Rebeccam~~ uxorem accipit, sed non sine curâ & servitio. Gen. 27. v. 41. & cap. 28. v. 1. seq. & cap. 29 per tot.

6. Jacobo in Mesopotamiam tendenti apparet in somnio *scala*, in cujus fastigio stetit Deus, & per quam Angeli ascendunt & descendunt, unde loco dat nomen *Bethel*, Gotteshauß. Gen. 28. v. 7. seqq.

7. Voto facto iter prosequitur, & pervenit tandem in Haran, ubi commoratus in domo Labani avunculi, filiam ejus minorem natu *Rachelem* in uxorem sibi petit, servitium eo nomine in septennium pollicens; sed impleto tempore decipitur, & major natu Filia *Lea* ei supponitur. Gen. 29.
2192 v. 20. seqq.

8. Co-

8. Cognita fraude Rachelem sibi poscit, eamque accipit sub durâ conditione pacti novi. Completis bis septem annis petit missionem, sed alio pacto cogitur adhuc sexennium commorari, quo expleto 2205
redit in Canaan. Gen.31.v.1.seqq.

9. Ex utrâque conjuge duabusque concubinis fit Pater XII. filiorum & unius Filiæ Dinæ, quæ à Sichem Principe postea fuit rapta & violata, hincque secuta cædes Sichemensis. Gen.35.v.23. & cap.34.v.1.2.

10. Filiorum quos ex *Lea* habuit hæc sunt nomina: *Ruben, Simon, Levi, Iudas, Isaschar, Zabulon*: & ex ancillâ Leæ: *Gad & Aser.* Ex *Rachel* verò *Iosephus & Benjamin*, & ex hujus ancillâ: *Dan & Napthalim*: sicque factus ἐκ τῆς πολυγαμίας πολύτεκνος καὶ πρόγονος, magni illius populi ab ejus mutato nomine *Israëlitici* dicti. Gen. 35. v.23.24.25.26.

11. Josephus ex odio Fratrum, Patris amorem futuramque fortunam ei invidentium, primùm neci destinatur, ast intercessione Rubeni in cisternam conjici- 2217
tur, mox Mercatoribus divenditur, inde deductus in Ægyptum, rursum venditur Potiphari, Præfecto Regio, & tandem post varia pericula ad magnos honores evehitur, ubi eidem Fratres supplices facti

mi-

μισαδελφίαν deprecantur. Gen.37.verſ.18.& ſeqq.

12. Jacobus propter Joſephum amiſſum, & propter Simonem captivum, & propter abductum Benjaminem ſeipſum excruciat, quem Filii ex Ægypto reverſi lætiſſimo nuntio exhilarant. Gen. 42. v. 38. cap. 45. v. 25. 26. 27.

13. Anno ætatis Joſephi 40. cùm per biennium frumenta ex Ægypto emiſſet Jacobus per ſuos Filios, tandemque ſe Joſephus, rei tum annonariæ in Ægypto præfectus, patefeciſſet, Pater ex Filii ſuaſu cum totâ ſuâ proſapiâ eò deſcendit anno ætatis 30. ubi, cùm exegiſſet annos 17. moriens adjurat Joſephum, ut ſe ſepeliat in terra Canaan. Gen. 45. 46. & 47.

14. Jacobum Patrem morte beatâ Joſephus ætatis anno 110. expletis prius poſt Patris obitum annis 53. ſequitur, poſtquam juſſiſſet ſua oſſa in Canaan deferri, & de exitu Iſraëlitarum ex Ægypto vaticinia dediſſet. Gen. 49. & 50.

14. Iſraëlitæ multa patiuntur iniqua per annos 145. à morte Joſephi numeratos ſub gravi manu Ægyptiorum, quorum dominatione duriter preſſi & tantum non ſervitute Pharaonicâ oppreſſi tandem *traductione per mare rubrum illuſtri* liberantur

à Deo,

Deo, qui non tam in Ægypto sub Pharaone iis adfuit mirabiliter magnaque edidit miracula, sed & in itinere per desertum præsentiæ & benevolentiæ varia eis testimonia ostendit. Vid. Exod. capp. 1. 2. &c. usque ad 18.

15. Hebræi per fundum maris rubri sicco pede transeunt, sublatis utrinque fluctibus, quos insecutus Pharao cum toto exercitu aquis perit, Mose canente Deo epinicion. Exod. 14. & 15.

16. Egressorum, qui armis uti noverant, numerus 600000. sed ex sexcentis istis virorum millibus nemo ingressus est terram promissam præter Josuam & Caleb, idque in inobedientiæ & diffidentiæ pœnam quadraginta annis in deserto declararam. Num. 14. v. 20. seqq. Deut. 1. v. 34. seqq.

17. In itinere tentantur *gulâ*, quærentes carnem in deserto Num. 11. v. 4. *idololatriâ*, fabricantes vitulum, Exod. 32. v. 1. *luxuriâ*, fornicati cum Midianitis. Num. 25. 6. Tota in deserto peregrinatio, absolvitur XLII. *mansionibus*, in quâ XXV. Murmurationes acciderunt.

Atque sic fuit Judaica Politia hactenus corpus rude & indigestum.

(†)

Periodus IV.

Aristocratia Ducum & Herou

divinitus excitatorum à Mose usq; ad Saulem,

Duces Duo

1. Respublica Judaica distinctius ordin tur, Deique jussu populus dividitur in XI Tribus, juxta numerum XII. Patriarch rum, filiorum Jacob, singulis Principes ve Capita præficiuntur, à quibus singul sua sortirentur nomina, propter originer & propagationem paternam.

2. Distributio & divisio isthæc singula Dei consilio ita ordinatur, non solum, totum corpus Politiæ discretum in cer membra, ritè inter se coagmentari, & co stituto singulis Tribubus Duce certo, r ctius contineri, regi & conservari posset sed multò magis, ut in Ecclesiâ populi D posset certò sciri, ex quâ tribu & famil MESSIAS esset proditurus.

1. MOSES.

1. Ex Jacobi Patriarchæ pronepote Am
2373 ram nascitur Dux, Legislator & Prophet Exod. 2. v. 1. VI. 20

2. U

2. Ut truces manus Pharaonis evaderet, ad flumen Nili in fiscellâ scirpeâ expositus à Pharaonis Filia (*Thermutin* vocat Josephus) tollitur, adoptatur, & in spem regni aliquando capessendi educatur. Exod. 2. vers. 5.

3. Aulæ primum Ægyptiacæ alumnus & minister inde à Deo ex rubo ardente vocatur, ut Aulæ eidem voluntatem Dei de dimissione populi Israëlitici annuntiaret, sed ea ut impetraretur, Pharao *plagis decem* insignibus emolliendus fuit. Exod. 3. v. 3. 4. 2452

4. Petra ab eo percussa largos aquarum latices fundit, cumque in aquis de silice eliciendis Deo diffidit; terram ob id promissionis ingredi prohibetur. Num. 20. v. 11. 12.

5. Socerum Jethro de modo regendi populum consulit, ejusque hortatu regimen cum aliis partitur, *Iudicibus* LXXII. constitutis, sapientiâ, autoritate, doctrinâ & virtute conspicuis. Exod. 18. v. 21.

6. *Decem præcepta* aliasq; *Leges* tam ad cultum divinũ quàm ad civilem vitæ consuetudinem pertinentes, inter tonitrua & fulgura à Deo accipit in monte Sina, ubi, cum XL. dies commoratur, Israëlitæ interim *Vitulum aureum* conflant & honorant. Exod. 20. & 32.

 7. *Ta-*

7. *Tabernaculum & Arcam fœderis* cum aliis ad cultum Legis pertinentibus fabricari curat, & *Aaronem* Fratrem ad Sacerdotium summum ordinat atque consecrat. Exod. 28. & 29.

8. Israëlitas spoliis Ægyptiorum onustos per mare rubrum deducit, illudque transgressus epinicion Deo canit. Exod. 14. & 15.

9. Vitulum Judæorum aureum, ab Aarone Fratre fabricatum, confringit, & *Serpentem æneum* in deserto erigit. Exod. 32. v. 20. Num. 21. 8. 9.

10. Debellat *Seon* Amorræorum Regem, & *Og*, Regem Basan, quorum ditiones cedunt tribubus Ruben & Gad & dimidiæ Manasse. Num. 3. v. 2. & 20.

11. Eo manus ad Deum levante Amalek cæditur, & rursus manus demittente Israël vincitur.

12. Quinque libros relinquit, continentes historiam conditi mundi & annorum hujus bis mille quingentorum septuaginta.

13. Vixit annos CXX. postquam (uti distinguunt) facit annos 40. in aula Pharaonis, 40. apud socerum suum Midian, 40. in deserto in gubernatione populi Ægypto educti, Deut. 34. 7.

II. IO-

2. IOSVA.

1. Dux & Archus populi Israëlitici inauguratione divinus factus copiis suis perpetuus triumphator procedit, Victor omnium, à nemine victus, felicior Mose, suo Duce non semper pugnatum feliciter. Jos. 1. v. 2.

2. Israëlitas per medium Jordanis divinitus exiccati alveum præeunte Arcâ in Palæstinam introducit, in cujus mnemosynon lapides XII. pro numero Patrum erigit, 12. in Galgalis & 12. in ipso Jordane, ubi Arca steterat. Jos. 3. vers. 9. & cap. 14. v. 1. 2. 3. 2459

3. Primo bellicæ virtutis tyrocinio *Amalekitas*, precante Mose, fortiter profligat. Exod. 17. v. 13.

4. Explorator missus ad hostile solum statim à morte Mosis inducit copias in terras promissionis, transmisso flumine contra *Vrbem Hiericho* muris validè munitam primum contendit, & sine ullis bellicis machinis arietat; septem enim tubis Sacerdotalibus insonantibus & ex septeno Arcæ Domini circuitu muri collabuntur, Urbs evertitur, &, exceptâ Rahabæ domo omnes incolæ trucidantur. Josuæ. 6. v. 1. 2.

5. Post sacrilegium Achan expiatum expu-

pugnatur insidiis urbs *Hai*, Rexque ejus suspendio tollitur. Jos. 8 v. 14 & 29.

6 Ei pugnanti *Solis cursus* per diem uno in cœli loco immotus paruit usque ad victoriæ finem, nunquam audito miraculo. Jos. 10. v, 13.

2199 7. Devictis vicinarum gentium Regibus triginta & uno totidem Regna imperio Judæorum subjicit, solus ex 600000. hominum Terram promissionis ingreditur, eam sorte distribuit, ratamque singulis tribubus & familiis partem assignat. Jos. capp. 12. 13. 14. 15 16. 17. 18 19.

9. Magnanimus Dux præfuit militiæ Domini annos 14. post mortem Magistri & Domini sui Mosis.

II. SECTIO.

Regiminis Judaici Potestas Judiciaria.

SUB JUDICIBUS.

1. OTHONIEL.

1. Cenezi, fratris Calebi filius, celsi animi Dux, Urbem *Chariat Sepher* expu-
2526 gnat, & in præmium accipit Axam, filiam Caleb. Jud. 1. v. 11 12. 13.

2. Chusanem, Mesopotamiæ Regem, compescit, Syrorumque tyrannide Israëlitas oppressos in libertatem vindicat. Judic. 3. v. 9. 10.

2. E-

ejus

mu
ad
raci

Re
imp
poo
gre
nge
. J

ilt
git

Ju

a
u
u

pugnatur insidiis urbs *Hai*, Rexque ejus suspendio tollitur. Jos. 8 v. 14. & 29.

6 Ei pugnanti *Solis cursus* per diem uno in cœli loco immotus paruit usque ad victoriæ finem, nunquam audito miraculo. Jos. 10. v. 13.

2199 7. Devictis vicinarum gentium Regibus triginta & uno totidem Regna imperio Judæorum subjicit, solus ex 600000. hominum Terram promissionis ingreditur, eam sorte distribuit, ratamque singulis tribubus & familiis partem assignat. Jos. capp. 12. 13. 14. 15 16. 17. 18 19.

9. Magnanimus Dux præfuit militiæ Domini annos 14. post mortem Magistri & Domini sui Mosis.

II. SECTIO.

Regiminis Judaici Potestas Judiciaria.

SUB JUDICIBUS.

1. OTHONIEL.

1. Cenezi, fratris Calebi filius, celsi animi Dux, Urbem *Chariat Sepher* expu-
2526 gnat, & in præmium accipit Axam, filiam Caleb. Jud. 1. v. 11 12. 13.

2. Chusanem, Mesopotamiæ Regem, compescit, Syrorumque tyrannide Israëlitas oppressos in libertatem vindicat. Judic. 3. v. 9. 10.

2. E-

2. EHUD.

1. Benjamites, Geræ filius, Jeminis nepos, audax ad facinora, manu ad cædem promtus, consiliis ad bellica negotia celer. Judic.3.v.15.16.

2. Eglonem, Regem Moabitarum, clanculum confodit adacto in viscera ul- 2534
tra capulum ense, indeque armis arreptis populum ab octodecennali servitute liberat. Judic.3.v.20.21.22.& 30.

3. Gabaonitis Levitæ hospitis uxorem ad stuprum rapientibus tota fere tribus Benjamin ad internecionem deletur. Ju- 2590
dic.19.& 20.

3. SAMGAR.

1. Mirandâ virtute solo pedo pastorali sexcentos Philistæos, latrocinio grassantes, prosternit. Judic.3.v.31.

4. DEBORA *Prophetissa*.

1. Animum virilem gerens fæmina Duce Barak vincit Regis Cananæorum *Iabini*
copias, sub Duce impigro & magnanimo 2614
Sisara in Israelem progressas. Judic. 4. v.15.16.

2. Jahel mulier Sisaram Ducem ex acie Profugum tabernaculo excipit, ac soporatum haustu lactis impacto per tempora clavo trucidat. Jud.4.v.21.

5. GIDEON.

1. Duxpopuli ab Angelo designatur, & missionis suæ signis impetratis *aram Baal* destruit, nomen inde *Ierobaal* sortitus. Jud. 6. v. 11, & 24.

2. Signis à Deo moneturIsraëlitas *à Midianitarum tyrannide*, vindicare & ex somnii de panibus subcineritiis omine hostem invadit & cædit. Jud. 7. v. 13.

1654 3. Vindex populi à septennali servitute Midianitarum 135000. lampadum fulgore & clangore tubarum prosternit, hostium Regibus suâ manu confossis. Jud. 7. v. 19. seqq.

4. Regium nomen sibi oblatum spernit, sciens famam gubernationis novam Deo displicere. Jud. 8. 22. 23.

VI. ABIMELECH.

1694 1. Gideonis filius ex Sichemensi Concubinâ degener sceptrum vi rapit, dedecus gentis & generis sui, eversor libertatis, patriæ incendiarius, Jud. 8. v. 31. & cap. 9. v. 4.

2. Officium Judicis primus in Tyrannidem mutat, Regem & nomine se & imperio designari curans, parricida LXX. fratrum & homicida civium Sichemitarum, quos insidiis circumvenit. Jud. 9. v. 5. & 34.

3. In obsidione oppiduli Thebes & expugna-

pugnatione turris à muliere fragmento lapidis molaris, desuper projecto, lethaliter vulneratus servo armigero necandum se præbet, ne fœminæ dextrâ cecidisse dici posset. Jud. c. 9. v. 53. 54.

7. THOLAS.

1. Filius Phulæ, patruelis Abimelechi, 2697
feliciter & summâ in pace regnat, armis nuspiam sonantibus. Judic. 10. v. 1. 2.

8. IAIR.

1. E tribu Manasse civis Gileaditicus, 2720
filiorum XXX. Pater, quos civitatum totidem Principes in patriæ tractu constituit Jud. 10. 3. 4.

2. Israëlitæ bono pacis ad delitias idololatricas abusi traduntur Ammonitis per annos XVIII. Jud. 10. v. 6. 7. 8.

9. IEPHTA.

1. Gileadites, progenie nothus, ob matris infamiam domo ejicitur paternâ, 2750
hincquè ob inopiam collectâ manu ex latrocinio vivit. Judic. 11. v. 1. 2. 3.

2. Ammonitas, qui viginti propè annorum servitute Hebræos presserant, vincit, & XX. insuper civitates subigit. Jud. 11. v. 21.

3. Voto temerario se obstringens unicam filiam in hostiam Deo offert. Jud. 11. v. 32.

4. Ephraimitas nobilitate suâ insolescentes civicumque bellum moventes

2766 compeſcit, & quadraginta duo millia proſternit. Jud.12.v.6.

10. ABESAN. 11. ELON. 12. ABDON.

Tres hi in judiciariâ ſuâ functione nil memoriâ dignum geſſere, nec *Abdon* notus niſi numeroſâ prole, quippe relinquens XL. filios & XXX. nepotes. Jud. 12.v.8.9.10.11.13.

13. SIMSON.

2791 1. Iſraëlitarum Hercules, virtute heroïcâ & corporis robore præſtans.

2. Mirabilium operum primum, *Diſcerptio Leonis* obviam ſibi in itinere facti. Jud. 14.v.5.6.

3. Poſt hoc tyrocinium heroico incenſus animo unus mille Palæſtinos interficit *mandibulâ aſini*, quæ facta eſt poſtea ſitienti fons aquæ. Judic.15.v.15.

4. Gazæ concluſus tertiâ vigiliâ ſurgit, portas evellit, ſuiſque humeris in montem defert. Jud.16.v.1.2.3.

5. Secreta ſuæ amaſiæ Dalilæ cum ſuo damno patefacit, cujus perfidiâ capitur, hoſtibus Philiſtæis traditur, excæcatur, piſtrino includitur. Jud.16.v.16.

6. Moriens plures interficit Philiſtæos quàm vivus, & ſpectaculum Proceribus regni factus, conceptis prius ad Deum precibus, in Palatio arreptis columnis eôdem

ſe &

: & illos ruinâ ſepelit, nec inultus mori-
ur. Jud.16.v.29.

14. HELI.

2810

1. Pontifex de ſtirpe Ithamaris Judicis titulo populum gubernat, ſacerdotio ſummam poteſtatem jungens. 1. Sam. 1.

2. Ad filiorum, qui divina temerârant ſacrificia, crimina connivens, fractâ cervive ſeveram luit pœnam, filiis duobus in clade amiſſis. 1. Sam. 4. v. 11. & 18.

3. Philiſtæi Iſraëlitas vexant, & Arcam fœderis auferunt. 1. Sam. 4. v. 10.

15. SAMVEL.

2851

1. Annâ, matre ſterili, prognatus templi miniſteriis addicitur, & vi voti puer trimulus offertur Pontifici Heli in Silo. 1. Sam. 1. 28.

2. Votis totius populi in Judicem deligitur. 1. Sam. 3. v. 20.

3. Gymnaſiis patriam decorat, omnemque ad doctrinæ cultum cætus inſtituit. 1. Sam. 3. v. 21. 22.

4. Inſigni victoriâ potitur contra Philiſtæos, Arcam ab iisdem recipit cum votivis donariis, & oppida ablata recuperat. 1. Sam. 6. v. 2. 3.

5. Populus ab eo Regem petit ſibi dari & præ-

&præfici, prætæsus veteris regiminis & libertatis, quem & impetrat, cùm instaret, non pensitans ancipites fortunæ eventus atque pericula, quæ eis simul patefaciebat. 1.Sam.8.v.4.5.& 11.

6. Saulem convocato populo constituit Regem, cui postea regni privationem prædicit. Atque sic cessante potestate Judiciariâ sive Aristocraticâ *nova gubernationis forma*, quæ *Regia*, introducitur. 1.Sam.10.24.& cap.15.v.23.

Periodus V.

REGIMEN REGIUM.

I.

A Saule usque ad scissum sub Roboamo Imperium.

1. SAUL.

2881 1. Ab asinis ad regnum invitus vehitur, & à Samuele inungitur Judaici regni Rex primus, corpore præstans, animâ turpis. 1.Sam.10.1.

2. Tyrannicè imperat, obstinatus in malo, in irâ furiosus, datus populo, regiminis novi cupido, non ad utilitatem, sed pænam & flagellum, 1.Sam. 8. v. 4.5. seqq.

3. Da-

3. Davidi sub specie desponsandæ Filiæ & cum conditione gravi, si centum præputia Philistæorum occisorum reportaret, insidias tendit. 1. Sam. 18. 20. seqq.

4. Abimelechum, pronepotem Sacerdotis Heli, Davidi exuli faventem, & LXXXV. sacerdotes in Nobe è medio tollit. 1. Sam. 22. v. 16.

5. Jonathanem, eximiis animi & corporis dotibus ornatum Filium, victoriis felicem invidiâ premit, quem David fidissimum experitur amicum. 1. Sam. 20. v. 17.

6. Ammonitas, Philistæos, Edomitas, Syros, ulciscitur & clades regerit. 1. Sam. 14. v. 47. 48.

7. Amaleckitis contra Dei mandatum parcit, unde regni amissio ei prædicitur 1. Sam. 15 v. 8. 9. & 23.

8. Eo reprobato, *David* in Regem ungitur, cujus gloriæ invidet eumque persequitur. 1. Sam. 16. v. 13.

9. Exuitur Regno propter inobedientiam & præcepta Dei non servata, & victus à Palæstinis in monte Gelboe, suo se gladio jugulat. 1. Sam. 31. v. 4.

2. *DAVID.*

1. Patriâ Bethlemiticus, patre Isai seu Jesse, è caulâ ad aulam deducitur, variisque

que exercitus molestiis evadit in periculi
prudens, in adversis patiens, in pieta
constans. 1. Sam. 16. v. 1.

2. Primum fortitudinis suæ specimen a
tyrocinium edit *Leonem* agnum rapien-
tem, & *Ursum*, se invadentem, perimen-
do. 1. Sam. 17. v. 34. 35.

3. Plenus fidei ac roboris adolescens,
bellicarum tamen rerum ignarus, *Golia-
thum*, staturâ & robore formidabilem, pro
sternit, eâque monomachiâ Philistæos
humiliat. 1. Sam. 17. v. 49.

1891 4. Anno ætatis 20. à Samuele in Re-
gem ungitur, sed post Saulis mortem, ex-
tinctis prius Isbosetho & Abnere, cæpit re-
gnare, annis 7. in Hebron, 33. in Jerusalem.
2. Sam. 5. v. 4. 5.

5. Variis injuriis & persecutionibus per
Saulem vexatur, cujus & insidias per deser-
ta & speluncas fugit hostisque mortem lu-
get. 1. Sam. 23. 24. & 26. capp.

6. Multa agit fortiter contra hostes Phi-
listæos, Amalekitas, Moabitas, Ammoni-
tas, Syros, Idumæos, captâque Syriâ impe-
rium suum usque ad Euphratem dilatat.
2. Sam. 8. v. 1. 2. 3. 4. 5. 6.

7. Arcem regiam Sion extruit, pulsis in-
de Jebusæis & ad futuram Templi structu-
ram reponit auri talenta centum millia, &
argen-

argenti mille millia talentorum. 2. Sam. 5. v. 6. 7. 1. Chr. 22. v. 14. c. 29. v. 4. seqq.

8. Parato Hierosolymis Tabernaculo, Arcam Fæderis cum jubilo & clangore tubæ in illud deducit, & ante eam saltans à Michol uxore illuditur, tanquam Histrio. 2. Sam. 6. v. 16.

9. Ob contumeliam Legatis suis illatam Syrorum Regem Hadadeser cum magno exercitu fundit, captis mille & septingentis equitibus, viginti millibus peditum, curribusque prostratis septingentis. 2. Sam. 10. & 1. Chron. 20.

10. Polluit se adulterio sexagenarius & simul ex cæcâ illâ libidinis luxuriâ homicidio Uriæ. 2. Sam. 11. v. 5. & 17.

11. E Bathseba *Salomonem & Nathanem* deficienteque solio Davidis in lineâ Salomonis Regnum post captivitatem Babylonicam ad Nathanis posteros transfertur.

12. Filii ejus inter se grassantur cædibus & libidinibus, polluuntque cubile Patris. Vid. 2. Sam. 13. 2. Sam. 16. 22.

13. Ab Absolone Filio, corda Israëlitarum dulcibus alloquiis Patri subducente, pellitur regno, quod iterum eo occiso recuperat. 2. Sam. 15. v. 6. & 16. cap. 18. v. 14. & cap. 19. v. 14.

14. Ob

14. Ob numeratum populum populu peste perit, & Deus oratione ac sacrifici placatur. 2. Sam. 24. v. 15. & 25.

15. Musicus & Citharædus insignis cantores instituit sacros hymnosque composuit. 1. Chr. 24. Syr. 47. v. 10. 11.

16. Moritur septuagenarius & migraturus ex hâc vitâ instruit Salomonem regni successorem datis variis præceptis, ut sit custos legis divinæ, & ante omnia Deum observet. 1. Reg. 2. v. 1. & 10. 1. Chron. 29. v. 9.

3. SALOMON.

2930 1. Initio Imperii à Deo donatur rarâ & excellenti sapientiâ, eò quod eam rebus cæteris omnibus anteponeret, optione dante Deo. 1. Reg. 3. v. 5. 9. & 12.

2. Amore & studio cultus divini *Templum* extruit Deo magnificum in monte Moria, Arcamque fœderis eò transfert, adjutus ab Hiramo Rege Tyri. Vid. 1. Reg. capp. 5. 6. 7. 8.

3. Regina Arabiæ Hierosolymam venit ejusque admiratur sapientiam. 1. Reg. 10. v. 1. 2.

4. Adoniam Fratrem rerum novarum suspectum è medio tollit, consciumquè

Abia-

biatharum, Summum Sacerdotem, ab
fficio pontificatus removet, surrogato in
jus locum Zadoco. 1. Reg. 2. 29.

5. Oeconomiam plus quàm regiè in-
ituit, & luxuriæ immodicâ licentiâ vitam
ransigit. 1. Reg. 4. & 10.

6. Contra expressum Dei mandatum
Jxorum & concubinarum se obruit mul-
itudine, & amoribus externarum mulie-
um seductus consentit in idololatriam,
ructis quibusdam sacellis & fanis. 1. Reg.
1. v. 1. seqq.

7. In idololatriæ istius pœnam scindi-
ur ejus regnum; illo enim mortuo flo-
entissimum Regnum dilaceratur duas in
partes, deficientibus X. Tribubus à Robo-
amo, assiduisque bellis civilibus quassatur.
1. Reg. 12. v. 16.

Periodus VI.

Bipartitum Regnum Judæ & Israëlis.

I. TMEMA.

REGUM JUDÆ,

Sive Regni Hierosolymitani.

1. Reges Judæ dicti, quod Judæ tantùm
& Benjaminis tribui præessent, quorum
sedes regia mansit Hierosolymis.

2. Eorum regimen durat annos circ
ter 388. Regum verò Israëliticorum. 255.

3. Perpetua bella civilia gerunt cum Do
mo Israëlis.

2970 1. ROBOAM.

1. Sapientissimi Salomonis filius degener & stultus populum minis irritat, levitate & superbiâ offendit, tributis gravat, roburque imperii sibi à Patre relictum amittit, deficientibus X. tribubus ad Jeroboamum, sequentibus eum duabus tribubus, Juda & Benjamino. 1. Reg. 12. v. 16. 17.

2. Impius, fatuus & superbus Rex Consiliarios sequitur fatuos & juvenes, Seniorum rejecto consilio ex juvenili quodam fastu. 1. Reg. 12. v. 6. 7. 8. 9.

3. Sesac, Rex Ægyptius, spoliat Templum, ejus auffert Thesauros, & populum sibi facit tributarium. 1. Reg. 14. 25. 26.

2 ABIAM.

2988 1. Filius Patre sapientior & fortior, sed nequior. 1 Reg. 15. v. 2. 3.

2. Jeroboami exercitum vincit trucidatis 500000. qui fructus fuit distractionis & dissipationis regni. 2. Chronic. 13. vers. 15. 16. 17.

3. A-

[illegible]

3. ASA.

1. Filius patre superior sapientiâ, justitiâ & militari disciplinâ. 1. Reg. 15. vers. 9. seqq. 2988

2. Bene meretur de Ecclesiâ eandem repurgans ab idololatriâ, confrigens idola. 1. Reg. 15. v. 11. 12. 13. 2. Chron. 1. 2. 3. 4. 5. & succendens lucos, propriamque matrem idololatram amovens.

3. Fœdus cum Rege Syriæ Benhadad init, ejusque auxilio Basam Regem Israël vincit. 1. Reg. 15. v. 19.

4. Æthiopiæ Regis Zaræ exercitum, decies centena millia (1000000.) militum habentem, delet 2 Chron. 14. v. 9.

5. Ramam urbem Baasæ, Regis Israëlis, destruit. 2. Chron. 16. v. 5. 6.

6. Gravem in morbum incidit, morboque pedum tribus annis laborans obit, plus fisus medicorum quàm Dei ope. 2. Chron. 16. v. 12.

4. IOSAPHAT.

1. Rex pius, sapiens, justus, felix. 2. Chr. 17. v. 3. 4. 3028

2. Centena millia armatorum habet. 2. Chron. 17. v. 14.

3. Lucos & excelsa idolorum tollit, & publicum Dei cultum commendat severo

edicto Levitis & Sacerdotibus. 2. Chr. 19. v.8.9.

4. Judicia, Ecclesiastica & Politica constituit, & Judices compellat his verbis: *Non hominis exercetis judicium, sed DEI; ac Deus ipse est in judicio. Sit ergo timor Domini vobiscum. Rectè cognoscite & sitis executores.2.Chron.19.v.6.*

5. Societate cum Achabo & Ahasia ejus filio initâ in bello contra Syros infelix, extra societatem felix. 2. Chron. 18. v.1. & cap 20.v.35.

6. Vincit Moabitas. Vincit etiam Ammonitas, Joramo, Regi Israëlis junctus, sine prælio, precibus & votis.2. Chron. 20. v.22.23.

7. Elias & Elisæus sub eo gubernant Ecclesiam, Elia per translationem miraculosam rapto in cœlum, curru igneo igneisq; equis.2 Reg.2.v.11.

8. Sexagenarius diem suum obit.1. Reg. 22.v.51. 2.Chron.21.v.1.

3049 *5. IORAM.*

1. Filius degener, crudelis, impius & injustus, gener Achabi ductâ in uxorem filiâ Athaliâ.2.Chron.21.v.5 6.

2. Regnum ab internecione Fratrum, quo-

quorundam Primatum & Patris Consiliariorum inchoat. 2. Chron. 21. v. 4.

3. Percutit Idumæos rebelles, quos populos antea Rex David subjugaverat, ut essent regni tributarii. Chron. 21. vers. 8. seqq.

4. Ejus scelera punit Deus in liberis, quos trucidant Philistæi, Arabes & Æthiopes; in conjugibus, quæ abducuntur; & denique in ipso corpore Regis per intestinorum dolorem acerrimum eorundemque effusionem. Mortuus caret honore regiæ sepulturæ. 2. Chron. 21. v. 16. 17.

6. *OCHOZIAS.* 3056.

1. A matre Athalia & malis Consiliariis seductus impiè vivit. 2. Chronic. 22. vers. 2 3 4.

2. Capitur & interficitur à Rege Samariæ Jehu, & in eo deficit linea Salomonis. 2. Chron. 22. v. 8. 9.

7. *ATHALIA.* 3057

1. Jorami Regis relicta vidua, mulier tyrannica, astuta, & ambitiosa, rapit ad se regnum per scelus, interfecta Salomonis posteritate. (Atque ita translatum est à Stirpe Salomonis regnum ad stirpem Nathan, qui fuit Salomonis Frater.) 2. Reg. 11. vers. 1.

2. Ante templum jussu Jojadæ Pontificis interimitur, & Joas, filius Ochaziæ, tyrannidi matris clam subtractus, Rex constituitur. 2. Reg. 11. v. 15. 16. 2. Chron. 22. 10.

8. IOAS.

3063 1. Primus ex Nathanis familiâ, prudentiâ amitæ suæ Josabæ, conjugis summi Sacerdotis Jojadæ, servatus in illâ cæde Athalianâ, & clam educatus, ætatis anno 7. à Jojada, summo Sacerdote, Rex declaratur & inungitur. 2. Chron. 23. v. 1. 2. 3.

2. Vivo Jojada bene vivit, fidelis erga Deum & beneficus erga Ecclesiam, sed eodem mortuo infidelis in Deum, sævus in Prophetas, & quidem in Zachariam, filium Jojadæ, quem interficit. 2. Reg. 12. 2. 2 Chron. 24. v. 1. 2. & 22.

3. Altero post interfectum Zachariam anno parvæ Hazaelis, Syriæ Regis, copiæ maximum ejus exercitum terrent, quem obvium missis templi & palatii thesauris placat 2. Reg. 12. v. 17. 18.

4. Interficitur à suis aulicis in lecto, & sine honore regiæ sepulturæ abjicitur. 2. Chron. 24. v. 25.

9. AMASIAS.

3162 1. In societatem regni receptus interficit

cit, qui occiderant patrem suum Joas. 2. Chron.25.v.1.2.3.

2. Idumæorum decem millia uno prælio prosternit, & totidem millia de saxo præcipitat.2.Chron.25.v.12.

3. Elatus fortunæ indulgentiâ contemnit Prophetas, idola colit, bellum non necessarium movet Regi Israëlis Joas, à quo victus capitur, & urbs & templum diripitur.2.Chron.25.14. seqq.

4. A suis occiditur, recto filio quadrienni, quem Ephori curant usque ad annum XVI. 2.Reg.14.19.

10. ASARIAS, qui & VSIAS.

1. Anno ætatis 16. regno admovetur, initio pius & felix, & bonus œconomus. 3140
2.Chron. 26.v.1.

2. Reditus regios auget ex agricultura, ærariumque tuetur parsimoniâ.2.Chron. 26.v.2.&10.

3. Urbes munit, ædificiis ornat, & disciplinam militarem instruit. 2.Chron.26. v.9.10.

4. Πολυπράγμων fit appetens Sacerdotium, & incendens odores in altari suffimenti, leprâ eo nomine percussus. 2. Chron.26.v.16.17.

11. IOTHAM.

3192 1. Patre ob lepram abdicente regnum Rex declaratur. 2. Chron. 26. v. 23.

2. Splendorem templi auget & portam excelsam ædificat. 2. Chr. 27. v. 3.

3. Ammonitas tributarios facit. 2. Chr. 27. v. 5.

3207 *12. ACHAZ.*

1. Patris pii impius filius, religionum & rituum externorum stolidus & furens imitator. 2. Chron. 28. v. 2.

2. Cultum Baal instituit Hierosolymis, immolat Molochô Filium, claudit templum Domini, & passim invehit cultus idolorum. 2. Reg 16. v. 3. 4.

3. Rex Syrorum Rezin Victor multos ex Judæa in urbem Damascum transfert. 2. Reg 16 v. 5.

4. Accersit auxilium inconcessum Assyriorum Regis *Teglatphul Assar* contra Regem Israëlis Peca & Regem Syriæ Rezin, quibus occisis etiam ipsum Achaz, cujus vocatu venerat, opprimit, vastatâ terrâ & translatis in Assyriam Galaaditis, Galilæis & Nephthalitis. 2. Chronic. 28. vers. 16.

3227 *13. EZECHIAS, sive Hiskias.*

1. Patris pessimi optimus Filius, religionis

nis amator & repurgator, idolorum à Patre cumulatorum deletor. 2. Chron. 29. verſ.2.3.

2. Idola & lucos evertit cum ſerpente æneo 2. Reg. 18. v. 4.

3. Hieroſolymis obſeſſus miraculosè liberatur, & Angeli auxilio una nocte centum & octoginta quinque millia (185000) Aſſyriorum ſub Sennacherib cæduntur. 2. Reg. 18. 13. c. 19. v. 34 &c. Eſa. 36. & 37. totis. Herodot. lib. 2. c. 41. p. 144.

4. Spectator magnarum calamitatum regni Iſraël, abductâ maximâ parte populi in Medorum regionem per Salmanaſſarem. 2. Reg. 18. v. 9. 10.

5. Lethaliter anno ætatis 39. ægrotanti vita prorogatur poſt preces ardentes quindecim annis, & ſignum additur, admiranda retrogradatio Solis ad decem horas, hinc odam ἐυχαριστικὴν Deo canit. 2. Reg. 20. v. 1. 2. 3. &c. Eſa. 38. v, 1. 2. 3. &c.

14. MANASSES. 3250

1. Duodecennis regnum capeſſit, Rex impius & idololatra, pij Patris peſſima ſoboles. 2. Reg. 21. v. 1 2 3.

2. Statuam ſibi ſtatuit, Baali aras erigit, Filium Molocho conſecrat. 2. Reg. 21. v. 4. 5. 6.

3. Esaiam ligneâ serra secari præcipit, Chrysostomo & Hieronymo testibus, aliosque Prophetas occidit. 2. Chron. 21 vers.16.

4. Abducitur à Chaldæis Babylonem, & post decennalem captivitatem inter catenas pœnitentiam agit, regnoque restituitur. 2. Chron. 33.11.12.13.

15. AMMON.

3305 1. Insanus idolorum cultor, trucidatur à suis servis ob crudelitatem. 2. Reg. 21. v. 19. 20. 21. 22. 23.

16. IOSIAS.

3307 1. Octennis puer Rex declaratur, & initium regiminis facit à doctrinæ repurgatione & Ecclesiæ instauratione. 2. Chron. 34. v. 1. 2. 3.

2. Filios habet degeneres, qui Jeremiam abjiciunt in carcerem. Jerem. 37. v. 21. & cap. 38. v. 6.

3. Capit arma sine mandato Dei adversus Nechaum, Ægypti Regem, tendentem adversus Assyrium & Babylonium, contraque Hieremiæ monita pugnans perit sagittâ percussus. 2. Chron. 35. vers. 20. 21.

4. Ma-

4. Magno omnium ordinum luctu anno ætatis tricesimo nono obit, & cantorum, cantricumque lugubribus elegiis deploratur. 2. Chron. 35. v. 24. 25.

17. IOACHAS.

In Ægyptum abducitur à Pharaone Necao, ibique vinctus interficitur, Rege barbaro indicente tributum terræ Judaicæ. 2. Reg. 23. v. 31. &c. 3338

18. IOIAKIM.

1. Filius Josiæ degener fisus Ægyptiorum auxilio denegat promissa Nebucadnezari tributa, & ab eo captus supplicio afficitur, sepultus sepulturâ asini, projecto extra Hierosolymam cadavere. 2. Reg. 24. v. 1. 2. 3. 4. Jer. 22. v. 19. 3339

2. Uriam, Jeremiæ collegam & quoque prænuntium captivitatis Babylonicæ, quærit ad necem, & ex Ægypto, quò fugerat, retractum interficit. 2. Reg. 23. v. 34. Jerem 26. 20.

3. Librum Jeremiæ, ob vaticinia de excidio civitatis & dissipatione gentis invisum, igne comburit, sed autori nocere nequit. Jerem. 36. 23 & cap. 39. v. 18.

19. IECHONIAS.

1. Trimestris Rex Babylonem à Nabu- 3350

cho-

chodonosore deportatur unà cum Matre totâque aula & 18000. hominibus. 2. Reg. 24. v. 12. 13. 14. 15.

2. E vinculis liberatur anno 37. captivitatis, favente Evilmerodacho, & tribuente ei regium victum & honorem. 2. Reg. 25. v. 27. 28. 29. Jer. 52. 31.

20. SEDEKIAS.

1. Rex Judæ ultimus Jechoniæ Patruo substituitur, contemtor Domini, Vatisque optima qui suaserat irrisor. 2. Chron. 36. vers. 11. 12.

2. A Nabuchodonosore contra datum
3355 jusjurandum deficit, conspirationis socium quærens Regem Ægypti. 2. Chron. 36. vers. 13.

3. Ob fidem violatam regno privatur, duabus catenis ligatur, & in Filiorum conspectu exoculatus Babylonem mittitur caveæ includendus. 2. Reg. 25. v. 6. 7.

4. Filiis capti Regis occisis, captâque
3360 Hierosolyma, templo incenso ac deleto, & deportato populo, finis Monarchiæ Judæ regnoque Regio imponitur.

II. TME-

II. TMEMA.

REGUM ISRAELIS.

1. IEROBOAM. 2969

1. Ephraimita à decem tribubus contra Rehabeam, Salomonis Filium, eligitur Rex Israelis. 1. Reg 12. v. 20.

2. Inventor novæ idololatriæ ad regnum viam patefacit superstitione *cultus vitulorum aureorum*, in Bethel & Dan erectorum, eoque ex Bethel Bethaven, ex domo Dei domum iniquitatis efficit, ordinatis pro suo arbitratu Altaribus, Festis, Sacerdotibus. 1. Reg. 12. v. 26.

3. A Propheta ob idololatriam reprehenditur, quem cum comprehendere conatur, manus ejus exarescit, 1. Reg. 13. v. 4.

4. Repressis Syris veteres regni fines usque ad Damascum recuperat.

5. Octingentis millibus in aciem contra Abiam Regem Judæ eductis amittit quingenta millia, duobus tribusve annis post infelicem hanc cladem extinctus. 2. Chron. 13. v. 17.

6. Eo mortuo intestinis dissidiis & mutuis cædibus inter se Principes regni grassantur.

2. NA-

2. NADAB.

2989 1. Basaam vincit auxilio fiduciario Benhadadi.1.Reg.15.22.

3. BAASA.

2990 1.Nadab occiso invadit regnum. 1.Reg 15.27.

2. Achiæ Prophetia de Jeroboami domus exterminio completur, obsessoque Gibbethone perit domus Nadabi.1. Reg. 15.v.27.28.29.30.

4. ELAA.

3013 A Zamri Equitum Præfecto ebrius occiditur, populo exinde in duas factiones abeunte.1.Reg.16.v.9.

5. AMRI.

3015 1. Æmulos imperii habet *Zamri & Thebni*, quibus in ordinem redactis pacificè in urbe Regia Thersa regnat sex annos, Zamri Thersæ obsessum eò adigit, ut desperata salute sese in Palatio combureret, 1 Reg.16.v.18.19.

2.Emto à Semer monte Someron condit Samariam urbem, eoque sedem regiam transfert, Thersa relictâ.1. Reg.16.v.24.

6. ACHAB.

3025 1. Filius Amri, gener Ithobali Regis Tyri

, filiam Jezabelem infausto auspicio
t. 1. Reg. 16. v. 29. 30. 31.

Apostata, sacrilegus, avarus, incredu-
simulator, & quo vix alius tetrior Rex
it. 1. Reg. 16. v. 32. 33.

Cultum Baal cum 450. Sacerdotibus
ituit, veris Prophetis partim occisis, par-
fugatis, partim incarceratis, ut Pro-
ta Elias præter se neminem esse reli-
m quereretur. 1. Reg. 18. 22.

4. Regem Ryriæ Benhadad prælio ca-
am dimittit incolumem contra jussum
ei, ob id reprehensus à Propheta. 1. Reg.
v. 42.

5. Nabotho Isabellæ dolis vineam eri-
t, innocentem lapidari facit. 1. Reg. 21.
13. 14. 15.

6. Dirâ punitur fame, quam prædixe-
at Elias, duratque triennium & semestre.
Reg. 17. v. 1. & cap. 18. v. 1. 2.

7. In prælio contra Syros sagittâ vulne-
atur moritur, sorbentibus sanguinem ejus
canibus ad piscinam Samariæ. Jesabel
conjux postea ex fenestrâ mandato Jehu
præcipitata canibus esca fit. 1. Reg. 22. v. 34.
2. Reg. 9. v. 36.

8. Ejus filii 70. una die in Samariâ oc-
cisi, eorumque capita ad Jehu in Jezrahel
missa 2. Reg. 10. v. 7.

7. O.

7. OCHOZIAS.

3044 1. Per cancellos delapsus consuli super valetudine Beelzebub jubet Ministros, quibus Elias obviam veniens prædicit ex hoc lapsu Regis mortem. Rex iratus mittit satellites ad comprehendendum, quos ignis absumit cœlestis. 2. Reg. 1. v. 2.

8. IORAM.

3045 1. Cultum Baal abrogat, Vitulos verò Jeroboam retinet, & irâ exardet adversus Prophetam Elisæum, quem ad supplicium quærit, tanquam turbatorem. 2. Reg. 3. vers. 2.

2. In obsidione Samariæ in summo periculo constitutus simulat pœnitentiam. 2. Reg 6. 30.

3. Contra Moabitas fœdifragos, in societatem belli adscitis Josaphato Rege Judæ ut & Idumæo Rege, exercitum ducit.

4. Per idem tempus *Iorami duo* regnant in utroque regno, Joram enim filius Josaphat regnum Judæ accipit anno quinto hujus Regis Israëlitici Joram.

9. IEHV.

3057 1. Progeniem Achabi divino jussu extirpat, occidens Joramum, 70. filios Achabi & 42. cognatos Ochoziæ. 2. Reg 9. v. 24. & v. 7. 10. & 14.

2. Astu-

..Astutè Sacerdotes Baal capit & in fa-
comburit.2.Reg.10.v.18.19.
3. In cultu vitulorum aureorum persc-
rat ; hinc cæditur ab Hazael Syriæ Re-
2.Reg.10.v.29.

10. IOACHAS.

1. Eo regnante Chazael & Benadad 3085
ri id devastando exequuntur, quod
fleverat Elisæus, cùm eum ungeret. 2.
eg.8.

11. IOAS.

1. Syros ter gravissimâ clade affligit, 3099
ibus victoriis populus recreatur.2.Reg.
.vers.25.
2. Eo regnante senex Elisæus moritur,
ui ad convertendum Israëlem gravia e-
iderat miracula.2.Reg.13.v.14.

12. IEROBOAM. 2.Reg.14.23.

Interregnum sive potius ἀναρχία incidit 3114
n Israël annorum XXII. per crebras sedi-
iones mutuasque laniénas, neque secuta
neliora tempora sub sex Regibus.

13. ZACHARIAS. 2.Reg.15.8. 3154
14. SALLVM. cap.15.13. 3177
15. MENAHEM. cap.15.17. 3178

3188 16 *PEKAHIA.* *cap.15.*
3191 17. *PEKA.* *cap.15.*
3218 18. *HOSEAS.* *cap. 17.*

1. Omnes Reges illaudati, impii & dolis dediti, è quibus *Sallum*, interfecto Zachariæ; *Menahem*, regni invasor, tributarius Regis Assyriorum Phul; *PEKA* eodem scelere, quo assumit imperium, amittit, & sub quo Theglath Pelassar, Rex Assyrius, magnam partem populi transfert in Assyriam. 2. Reg. 16. v. 5.

2. HOSEAS, ultimus Rex, tributarius per novennium, tandem à Salmanassare Assyriorum Rege captus, & Samariâ ex-
3223 pugnatâ cum X. tribubus in captivitatem abductus, finem imponit Regno Israëlitico seu Samaritano. 2. Reg. 17. vers. 4. 5. 6. & 18.

3. Post hanc X. *tribuum dissipationem perpetuam* coloni novi ex Assyriâ Samariam introducti *Samaritanismum* sive religionem ex Judaica & Ethnicâ constantem invehunt 2. Reg 17. v. 27. 28. 29.

Periodus VII.

Exilium Babylonicum usque ad reditum Populi.

1. Reges impii ac scelerati peccata peccatis cumulant, crescentibusque delictis divinâ

ivinâ irâ traditur populus in manus sævi Legis Babylonii Nabuchodonosoris seu Nebucadnezaris, à quo post anni unius & ex mensium obsidionem urbs Hierosolyma excinditur, tribusque Juda in Chaldæam cum regiâ stirpe transportatur. 2.Reg. 25.v.8.9.10. 2. Chron.28.36.v.17.

2. Captivitas illa Babylonica continet annos LXX. quibus finitis finitum simul est regnum ipsum Babylonicum, Cyro Babylonem capiente ejusque regnum ad se transferente. Jerem.25.vers.11. 2. Chron. 36.22.

3. Magistratus politicus populi captivati duplex fuit, *supremus*, Regius seu Reges Babylonici, & *Inferior*, Principes populi captivi.

4. Deus mirabiliter populum regni Judæ in hoc exilio angoribus pleno servat. Monarchis Nabuchodonosori, Evilmerodacho, Dario Medo & Cyro suam gloriam patefacit, & genti suæ Judaicæ, solâ supplicatione & miseriâ extremâ Regibus notæ, Remp. tandem restituit & in patriam per Zorobabelem, Esdram & Nehemiam reducit.

☙(*⁎*)❧

Periodus IX.

Dynastia familiæ Hasmonæorum seu *Maccabæorum usq; ad Herodem.*

CLASSIS I.

. PONTIFICUM *simul &* DUCUM.

1. Captivitate solutâ rexerunt populum primò Judæi; deinde degenerante prorsus politiâ Idumæi. Judæi Duces erant vel ex regiâ Davidis per Nathanem posteritate; vel ex sacerdotali Aaronis stirpe oriundi.

2. Maccabæi qui & *Asmonæi*, ex stirpe sacerdotali rerum potiti jura dabant genti primùm nomine *Principis* seu *Ducis*, deinde *Regis*, qui cum Regno etiam Pontificiam dignitatem conjungebant usque ad Herodem Regem.

1. MATTHATHIAS.

1. Summum Pontificatum & politicum populi Ducatum paucis tenet mensibus.

2. Pio zelo inductus opponit se impiis edictis Antiochi Epiphanis, simulque præfectum Regium confodit, audacique manu violatores ararum tollit. 1. Maccab. 2. v. 19. & v. 23. 3782

 3. Colle-

3. Collecto paulatim exercitu religionem defendit armis, aras idolorum evertit, circumcisionem restituit, sanctæque Legi cultum pristinum reddit. 1.Maccab. 2.v.39.40.

4. Moriturus Filiis suis curam Ecclesiæ & Religionis commendat, Juda Machabæo belli Duce designato. 1.Maccab. 2.6.4.

2. IUDAS MACCABAEUS

3785 1. Insignis patriæ religionis defensor templum repurgat ejecto Jovis idolo, eoque lustrato pulsoque Antiocho Festum Encæniorum, quotannis hyeme celebrandum, instituit. 1.Macc.4.v.36.

2. Jejunio & precibus animatus victorias obtinet contra *Apollonium* Samariæ pro Antiocho Rege præfectum, contra *Serinem*, militiæ Regiæ Principem; *Lysiam*, Antiochi Vicarium, ejusque Duces Ptolomæum, Nicanorem & Gorgiam. 1.Mac. 3.v.1.2.& 23.cap.4 34.cap.7.v.2.3.& 43.

3. Fœdus cum Romanis init, post societatem infeliciter cum Bacchide Demetrii Soteris Duce pugnat, & fortiter in prælio se gerens contra copias Demetrii Regis occumbit pro patriâ fideli Dux atque soter. 1.Maccab.8.22.cap.9.vers.17.18.

3. IO-

3. IONATHAS.

1. Fratri Judæ ſuccedit, fratrisque Johannis necem vindicat contra filios Jambri. 1. Mac. 9. v. 30. 37. 3789

2. Jungunt amicitiam cum eo Rex Syriæ Alexander Veles, Antiochi Epiphanis filius, Demetrius Nicanor, & Antiochus Entheus. 1. Maccab. 10. verſ. 3. 15. & cap. 11. 57. 58.

3. Exercitum Bacchidis potentem acie profligat, hoſteque ad juratam fidem adacto terræ pacem reddit. 1. Maccab. 9. v. 60. & 70.

4. Dolo & inſidiis Tryphonis Aſiæ imperio inhiantis capitur cum prole, atque contra fidem neci traditur. 1. Maccab. 12. v. 43. & 48.

4. SIMON.

1. Pro redimendo fratre capto centum 3809
talenta & duos illius Filios obſides Tryphoni mittit, qui accepto lytro perfidus occidit Jonathanem & Filios. 1. Macc. 13. v. 13. 14. & 23.

2. Cum Romanis renovat fœdus. 1. Maccab. 14. 17.

3. Per inſidias interimitur à Genero Ptolomæo.

5. IOANNES HYRCANUS.

3815 1. Hyrcani reportat clarum nomen, dum procul à Patriâ Hyrcanos bello fatigat.

2. Syriæ plurimas urbes deditione accipit; *Samaritas* vincit everso templo Garitzitano; & *Idumæos* subactos ad circumcisionem adigit.

3. Sub eo cæperunt sectæ famosæ, Pharisæorum, Saducæorum & Essenorum.

4. In hoc Johanne finitur Veteris Testamenti historia, sive Historia libri primi Maccabæorum.

CLASSIS. II.

II. REGUM *simul* & PONTIFICUM.

1. ARISTOBULUS.

3841 1. Pro Ducis titulo nomen *Regis* diademate sibi imposito assumit, primusque est ex domo Levi, qui ausus fuit pro Rege se gerere.

2. Fratrem Antigonum necat, Matrem, principatûs æmulam, & cæteros fratres in vinculis detinet, ipse quoque stimulante eum conscientia crudelem animam cum fastu ponit.

3. Uxor

3. Uxor ejus Salome ex tribus viri Fratribus Jannæum, cognomine Alexandrũ, in torum & regnum recipit.

2. ALEXANDER IANNÆVS.

1. E carcere in regnum venit Princeps improbus & sævus in suum genus & Judæos. 3846

2. Octoginta Pharisæos, dum epulis indulget, supra tectum palatii jubet suspendi.

3. Bella cum Ptolomæo Lathuro & Demetrio Eucæro crebra gerit.

3. ALEXANDRA.

1. Uxor Alexandri Jannæi, mater Hyrcani & Aristobuli, cara Judæis, amica hosti, blanda Pharisæis. 3873

2. Cadaver viri dilaniandum plebi iratæ offerens ad misericordiam eam flectit.

3. Tigranem arma minitantem è Syriâ Judææ muneribus & donis avertit.

4. HYRCANVS & ARISTOBVLVS Fratres.

1. Ad Herodis usque tempora de regno disceptant, & Rempl. sub civilibus discordiis in extremam adducunt perniciem. Hyrcano favebant Antipater Idumæus, 3881

mæus, cliens Patris ejus, ut & Arethas, Arabiæ Rex. Ariſtobulo autem Scaurus Cn. Pompeji Legatus.

2. Regno ſpoliantur à *Pompejo* Romanorum Duce, qui Hieroſolymis captis Judæam Romanis facit tributariam.

3. Hyrcanus iterum Regno, ſed ademto diademate, redditur, quem Frater ambitione ductus & Pontificatu & Principatu dejecerat.

4. Ariſtobulus vinctus Romam mittitur, quem ejus filii Antigonus & Alexan-
3887 der ſequuntur. Captus gemit in vinculis *Ariſtobulus*, liberatus à Cæſare mittitur in Syriam veneno que necatur. *Alexander & Antigonus* decollantur, ſceptrum à Judæis auſertur, rogantique Herodi Regnum Judææ cum regio diademate conceditur. *Atque ita extinctus Haſmonæorum Principatus.*

Periodus X.

Dynaſtia Herodiadarum usque ad πανολεθρίαν Politiæ Judaicæ.

1. HERODES Magnus.

1. Herodes, Antipatri Idumæorum Præfecti Filius, Senatu Romano declaratur Rex, Aſcalonites dictus ab Aſcalone, urbe in Idumæâ.

2. Re-

2. Regnum auſpicatur à cædibus & rapinis; XL. Primores occidit; Ariſtobulum Pontificem tollit, Mariamnem uxorem necat, Filios quosdam metu regni trucidat. 3922

3. Libidinoſus planeque Venereus novem uxoribus utitur.

4. Synedrion Judaicum LXXII. Seniorum, ipſo nomine venerandum, è medio tollit.

5. Magis Meſſiam inquirentibus inſidias ſtruit, ipſique Chriſto Servatori in Bethlehem Juda nato, dum bimulos mares in urbe & agro Bethlehemitico trucidari mandat.

9. In morbum incidens tetro fætore & vermibus circa pudenda erumpentibus fætidam animam efflat.

2. *ARCHELAVS.*

1. Herodis Filius, Judææ Tetrarcha 3949
conſtituitur ab Auguſto, cujus juſſu regnum in Tetrarchias dividebatur, ita ut Herodes Antipas & Philippus ſingulas acciperent; Archelaus verò binas.

2. Eo regnante Joſephus cum Maria & infantulo JESU ex Ægypto in Palæſtinam redeunt, Oraculoque moniti ſedem figunt Nazarethæ in Galilæâ.

3. Ty-

3. Tyrannidis accusatus apud Augustum trans Alpes Viennam Allobrogum relegatur.

3. HERODES *Antipas*.

1. Galilææ & Perææ Tetrarcha ab Augusto constituitur, Tiberio carissimus.

2. Aretæ Regis Arabum filiam; deinde Herodiadem Philippi Fratris uxorem ducit.

3978 3. Johannem Baptistam, Veritatis Præconem, scelerisque improbatorem, capite truncat, incestuosæ adulteræ insidiis seductus, magnique Prophetæ cruore mensam suam ac pectus defœdat.

4. Dignitate tetrarchicâ regiâque exutus relegatur in Hispaniam, noctæ dieque conscientiæ flagris vexatus miserè obit.

4. HERODES *Agrippa*.

3987 1. Herodis Magni ex Aristobulo Filio Nepos à Caligula constituitur Rex totius Tetrarchiæ Philippi Patrui.

2. A Claudio Imper. Romano, ditionibus augetur.

3. Cæde Jacobi majoris, Apostoli, aliisque persecutionibus, gratum se præstat Judæis Act. 12. v. 1. 2.

4. Ab Angelo percussus dira morte obit.

5. HE-

5. *HERODES Agrippa, Iunior.*

1. Magnâ apud Claudium & Neronem gratiâ valet, Neronique regnum ſuum teſtamento relinquit.

2. Magnificentiâ regiâ ſuperbus Paulum 4007
Apoſtolum coram ſe dicentem benignè audit. Act. 25. 23. ſeqq. c. 26. v. 1. ſeqq.

3. Annus Chriſti ſeptuageſimus ſecundus in hiſtoriâ hâc Judaicâ notatu digniſſimus, quia à Tito Veſpaſiano Hieroſolyma obſeſſa, Templum Dei crematũ & Regnum Judæ prorſus penitus ſublatum fuit.

Hæc eſt Cataſtrophe admodum tragica duorum quondam florentiſſimorum Regnorum ISRAELIS & JUDÆ.



MONAR-

MONARCHIARUM QUATUOR HISTORIA.

I. MONARCHIÆ

In genere.

1. Omne regimen dividi in *Monarchias, Dynastias, Respublicas*, commodè potest.

2. Quatuor Monarchiarum typum & indolem, tanquam in tabulis, egregiâ pictura exhibet DANIEL Monarchistor.

3. Primæ Monarchiæ primus Monarcha *Prado* fuit, postremus *Lurco*; Intermedii omnes ferè mali. Nulla hîc intervalla lætiora. Multis magnis sceleribus, tum præcipuè sævitiâ & inhumanitate erga Ecclesiam, pœnas & fatalem sibi periodum accelerat.

3. Secunda Monarchia repræsentatur *pectore argenteo duobusq; brachiis argenteis*, quæ gentium duarum, Persarum & Medorum typi erant.

3. Tertiæ Monarchiæ Imperium confertur *areo Ventri & femori*, imperii autem conditor *Hyrco quadricorni & Pardo quadrici-*

dricipiti, complectiturque Asiam majorem & minorem; in Africâ Ægyptum & Libyam; in Europâ Græciam, Macedoniam, Insulas multas.

Dan. II. 32. 39. VII. 6. VIII. 8.

4. Quatuor Monarchiarum ultimæ Romanæ primordium quidem contemtissimum: ex istis nihilominus initiis tam exiguis, à gemellis abjectis, effloruit & inchoatum est magnificentissimum istud & omnium potentissimum Romanorum Imperium, quod extremis quasi pedum unguiculis in Germaniâ adhuc consistere videmus.

I. MONAR-



I.

Monarchia Babylonica REGUM CHALDÆORUM & ASSYRIORUM.

Periodus I.

Imperii integri & indivisi.

1718 *A NIMRODO usque ad Sardanapalum.*

1. NIMROD.

1. Filius Chusi sextus, nepos Chami, Noæ pronepos, quem nonnulli *Belum*, alii *Saturnum* faciunt.

Gen.10.v.8.Berosus lib.p.28.

2. Regnandi cupidus armis imperium celsius affectat, & regni sedem *urbem Babel* condit; unde à metropoli instituti noviter regni *Monarchia Babylonica* nomen accipit.

Gen.10.v.10.c.11.v.9.Herodotus lib. 1 cap. 178.pag. 74. Strabo lib. 16.p.535. Plinius lib.6.cap.26.p.80. Curtius lib. 5.c. 1. Sibyll. Orac.p.200.

3. Vir strenuus, manu ferox, mente fervidus, armis sibi stabilivit regnum, primus mortalium per bella *capit esse potens* Monarcha

narcha *in terrâ*, & à dominio *Bel* dicitur.
Gen.10.9.

4. Gloriæ cupidus ſublimen ducit ad ſidera *Turrim*, ſed celſum ſtupendæq; magnitudinis opus diſſipat Deus linguarum confuſione immiſſa; unde ſecuta fuit Diſperſio gentium. 1757

Gen.11.v.1 ſeqq. Herod. 1.181.p.75. Ioſephus 1. Ant. Iud. 5. pag. 11. Auguſt. 16. de Civ. Dei 4.p.874.

2. *NINUS.*

1. Imperium à Patre acceptum auget, productis longè latèque finibus.

Iuſtinus lib.1.p 4. Diodorus Siculus lib.2. cap.2.p 64.

2. Urbem ſibi cognominem *Ninivem* condit, facit regni ſui ſedem relictâ Babylone, novoque titulo *Aſſyriorum Rex* dicitur.

Xenophon de Æquiv. p 109. Auguſt.16.de C.D.3.p.870.

3. Bellum cum Zoroaſtre Bactrianorum Rege gerit; Armenios & Medos ſubjugat.

Iuſtinus lib.1.p.5.

4. Semiramidem venuſtate formæ admirabilem Menoni, præfecto Syriæ, eri-

E pit,

pit, quæ ex ancillâ & meretrice facta fuit Regis uxor & interfectrix.

Diod.Sic. 1.Hist.56.p.90.92.Athenæus.

3. SEMIRAMIS.

1957 1. Fæmina generosa, ingeniosa, ambitiosa, libidinosa, sanguinaria, sublato marito Nino imperium astu & scelere capessit.

Diod.1.7.p.93.& c.20.p.104.

2. Maximi nominis virilisque animi fæmina *Babylonem* muris stupendis (qui inter 7. mundi miracula recensentur) cingit, ædificiis & structuris ingentibus amplificat, hortosque pensiles exstruit.

Diod.2.c.7.8 11.p.93.94 95.96.Iustin.lib. 1.p.5.Strabo lib.16.p.533.

3. Asiæ felix domitrix Æthiopiam, & Libyam in Africâ, imperio adjicit. Indis bella infert infelix. Urbes ad Euphratem & Tigrim condit.

Diod. 2.14 pag.99.cap.16.17.18.19.pag. 100.seqq.

4. Inscriptione Conditorii avaritiam Darii, Persarum Regis, vanâ auri spe eludit.

Plutarch.Apophth.p.173.

5. A filio Ninia interficitur, cujus fer-

tu

tur sollicitâsse concubitum. Vivam ad cœlos migrasse sub specie columbæ alii fabulantur.

Diod. 2. 20. pag. 104. Iustin. 1. 2. 10. August. 18. Civ. D. 2. pag. 995. Agathias lib. 2. pag. 54.

4. NINYAS.

1. Rex voluptuosus & deses, vino & amoribus inter concubinas & Eunuchos se oblectat, omnemque Præfectis concredit Imperii administrationem. 1999

Diod. 2. 21. p. 105.

5. XXX. SVCCESSORES.

1. Ninyas imperii successores, & nequitiæ simul, triginta fertur habuisse, verbo Reges, solis ferè nominibus nobis noti, quiquè nihil memoriâ dignum gesserunt; & si esset, nemo dignus fide retulit.

Pseudo Berosus Antiq. f. 54. seqq. quem sequuntur nonnulli Recentiores.

6. SARDANAPALVS.

1. Ultimus, qui in Ninive regnârunt, Rex, vir effæminatus ac scortator insignis amoribus & vino se oblectat, non erubescens inter scorta sedere & nere muliebri habitu, unde ob insignem mollitiem ejus nomen abiit in proverbium.

Diod.2.23.p.106.Plut.Or.1.de Virt. Alex. p.337.Iustin.l.1.p.6.Cicero 2.de Fin.p.100. & 5.Tusc.5.p.266.

2. Vincitur ab *Arbace*, Mediæ & Persiæ
3073 Præfecto, regnoque exuitur adjuvante Beleso sive Belocho, Babylonicorum Præfecto, biennio obsessus.

Diod. 2. 23.24.25.26.pag.106. &c. Iustinus d l.

3. Desperabundus in rogum se conjicit, seque Gynecæo delitiisque suis comburit in conspectu obsidentium, solo fine vitæ memorabilis.

Diodorus 1.27.p.40. Plut.1.de fort. Alex. p.330.Cic.ad Attic.Ep 6.pag.453.T.3. Agathias l.2.p.55.

Periodus II.

Regni bipartiti.

Divisio Imperii inter Assyrios & Medos Arbace regnum Medorum, Belocho Chaldæorum occupante, utriusque per Cyrum, Persarum Regem, finiti.

1. Divisâ Monarchiâ & scisso regno *Arbaces* Persarum & Medorum regnum retinet; Babyloniorum verò & Assyriorum Præfecturam *Belochus* tanquam Satrapa, gerit.

2. Jun-

2. Juncta quandoque erant regna, Assyriacum & Babylonicum sub Regibus iisdem, quandoque inter motus varios sejuncta Assyria, Chaldæa & Media sub Regibus diversis, ubi ob incertitudinem Historicorum incerti sæpè dimittimur.

I. DYNASTIA ASSYRIACA.

1. Dynastia Assyriaca à *Phul Belocho* ad *Merodacum*. Intermedii sunt *Phul Assur*, *Tiglatpilesser*, *Iareb*, *Sargon*, *Salmanasser*, *Sennacherib*. Ultimus *Assarhaddon* à Merodaco deturbatus regno. Horum natura & res gestæ in libris Regum & Esaia recensentur, quomodo Israëliticum regnum everterint, Judaicum verò vehementer afflixerint.

1. *PHVL BELOCH.*

1. Arma hostilia Israëlitis infert, Regemque eorum Menahem facit sibi vectigalem. 3180

2. Reg. 15. 19.

2. *TIGLAT PILESER.*

1. Regi Juda Achazo, imploranti opem contra Syriæ & Israëlis Reges, conjunctis viribus bellum inferentes, succurrit, sed cum Judæ damno. 3209

2. Reg. 15. 29. cap. 16. 7. Esa. 7. vers. 17. 18.

3. IAREB.

4. SARGON.

5. SALMANASSAR.

3223 1. Tributarium facit Oseam, Regem Israël, Samariam triennio obsessam expugnat, in Assyriam transportat decem tribus Israëlitarum, eorum regno destructo.

2. Reg. 17. v. 3. 6. 24.

6. SENNACHERIB.

3230 1. Exercitu potenti Hierosolymam gravi obsidione premit Duce Rabsace, sed ab Angelo fugatur horrendâ strage.

2. Reg. 19. 38. 2. Par. 32. 21. Esa. 37. 36. Tob. 1. 24.

2. Occiditur à Filiis in templo sive sacello idoli sui Nisroch.

Esa. 27. v. ult.

7. ASARHADDON. Esdr. 4. 3.

Qui ab eo regnaverint, non adeò certum est.

II. DYNASTIA BABYLONICA.

1. Dynastia Babylonica à Merodach ad Belthasarem, vulgari opinione. Intermedii *Ben Merodach, Nabonassar*, eumque insecuti aliquot Reges subobscuri; post rebus gestis clarissimi Nabopolassar, Nabuchodonosor, Evilmerodach. Balthasare, ulti-

ultimo Babyloniorum Regum, Regnum translatum ad Persas.

1. MERODACH.

1. Præfectus Babyloniæ constitutus desciscit, imperium occupat, & in Babylone sedem figit.

2.Reg.20.12.

2. In Babylone regnans per Legatos Ezechiæ, Regi Judæ, de recuperatâ valetudine gratulatur. 3234

Esa.39.1. 2.Reg.20.12.

2. NEBVCADNEZAR.

1. A Patre Nabopolassare mittitur ad subjugandos rebelles Tyrios & Palæstinos; Ægyptiorum regnum in provinciam redigit, regnante tum Nechaone. 3342

2. In imagine somnii videt ordinem quatuor Monarchiarum, oblitusque revelationis divinæ erigit Statuam auream, quam jubet adorari.

Dan.2.3.seqq.cap.3.1.&c.

3. Ob res secundas elatus fastu nimio à Deo deprimitur, mente alienatur, Deoque pœnas superbiæ furore & insaniâ persolvit. Septennio exacto ad mentem redit, regnoque restitutus tribuit tandem justi-

justitiæ & misericordiæ laudem DEO. *Dan.4.v.28.seqq.*

4. Sedechiam Judæ Regem deficientem exoculat, liberis prius ante oculos trucidatis.

5. Hierosolymam capit, incendio vastat, templique gazâ potitur. *2.Reg.ult.*

3. EVILMERODACH.

3386 1. Regem Judeæ Jechoniam è carcere Babylonico liberat. 2. Reg. 25. vers.27.28. 29.

2. Sceleratâ vi Regnum per biennium administrans insidiis Neriglissaris opprimitur.

4. BALTHASAR.

3388 1. Ultimus Rex inter pocula sedens spernit Deum Israëlis, eique manus prodigiosa in conclavi ad parietem exarat vitæ & imperii finem. *Dan.c.5.per totum.*

III. DYNASTIA MEDICA.

1. Ab *Arbace* ad *Astyagem*. Intermedii *Mandanes*, *Sarsomenes*, *Artecarmis*, *Arbianes*, *Arsæus* sive Dejoces, *Phraortes* *Cyaxares* eversor Ninives, cujus filius *Astyages* crudelitate regnum perdit, à Cyro captus.

A De-

A Dejoce Medorum res orditur Herodotus, & deducit ad initia Cyri.

2. Astyages, Medorum Rex ultimus, avus maternus Cyri, acerbè imperat Medis, Harpago Consiliario unicum filium epulandum proponit; eâ crudelitate regnum perdit, Cyro in ultionem proditus.

Herod. lib. 1. c. 119 pag. 51. c. 123. 124. p. 53. cap. 127. usq. ad c 131. p. 55. &c.

3. Extinctis & abolitis Regibus omnibus Assyriacis, Chaldæis & Babyloniis, cæpit secunda Monarchia, & Cyrus

Assyriis domitis Babyloneque captâ
Transtulit ad Persas summi moderamina
Regni.

II.

MONARCHIA MEDO-PERSICA.

1. Expugnatâ Babylone & interfecto Balthasare *ad Persas & Medos* transfertur Monarchia.

2. Sed diuturnitate nequaquam paria fecit cum Babylonico & Assyriaco Imperio.

1. CYRUS.

1. Cambysis Persæ & Mandanes, Filiæ Astyagis, Filius. Nutrix Spaco, Mitridatæ Bubulci uxor.

 Iosea

Josephus 10. A. I. 12. pag. 350. 352. Herod. 1. 107 seqq. p. 45. &c.

2. Junctis cum *Dario Medo*, Avunculo suo, copiis Babylonem post biennalem obsidionem expugnat, Regnoque Chaldæorum subjecto primas concedit Dario.

Dan. V. 28. 30. 31. VI. 2. 3. VII. 5. IX. 1. Esa. 21. 2. 7. Herod. 1. c. 178. 188. 191. p. 74. 78.

3391 3. Victo, Harpagi consiliis, Astyage Medorum regnum Persico adjicit.

Herod. 1. c. 119. p. 51. c. 123. 124. p. 53. c. 127. usque ad c. 131. p. 55. 56.

4. Erga Ecclesiam DEI Judaicamque gentem beneficus captâ Babylone Judæos liberat, vasa Templi aurea & argentea à Babyloniis ablata restituit, copiamque facit redeundi in patriam, Templumque Hierosolymis instaurandi, annorum LXX. servitute jam finitâ.

1. Esd. 1. v. 2. 3. 4. 8. 10. Ier. 29. 10.

5. Crœsum, Lydorum Regem ambitiosum, prælio superat in Cappadociâ; aureis pedicis vincit, & supplicio ignis destinatum Solonis voce motus dimittit.

Herod. 1. c. 1. p. 16. c. 28. p. 11. c. 46. p. 18. c. 71. 75. 76. 81. 86. p. 29. Xenoph. lib. 7. pag. 123. seqq. Manuel Palæologus Orat. 1. pag. 139. Frontinus 3. Stratag. 8. p. 19.

6. Per Harpagum Asiam minorem oppu-

pugnat; Joniam & vicinas regiones subigit; ipse interim Rex superiorem Asiam sibi subjicit.

Herod. lib. 1. à c.169. usq. ad 178.p.70.&c.

7. A Massagetis profligatur astu Tomyridis Reginæ, & caput truncatum in utrem sanguine humano repletum immittitur.

Herod. lib. 1. c. 204. usque ad 215. pag. 85. Iustin. lib. 1. pag. 11. 12. Val. Max. 9. 10. pag. 395. Lucianus. Macrob. p. 825. & in Charonte. p. 151.

2. CAMBYSES.

1. Patri dissimilis vitâ, moribus & rebus 3421
gestis, homo sævus & sanguinarius, in Deos & homines injurius.

1. Esd. 4. à vers. 7. ad fin. Herod. 3. 35. p. 175. cap. 89. p. 199. Strabo. lib. 17. p. 657.

2. Psammenito, Rege Ægypti ultimo, ad Pelusium capto, sævit in incolas, in Sacerdotes eorumque sacra, *Ægyptumque* Persico regno adjicit, quæ manet sub Persarum imperio quieta usque ad Artaxerxem Longimanum.

Herod. 3. 1. 10. p. 161. &c. Lucian. in Char. p. 151. Tom. 2.

3. Contra *Æthiopas* bellum infelix movet, bellumque gerens *contra Ammonios* arenarum molibus obruitur exercitus.

Herod.

Herod.3.à c.17.ad 27.168.&c. Iustin.lib.1. p.12.Seneca 3.de irâ 20.p.448.2.Nat.q.30. p.683.Plut.in Alexand.p.680.

4. Orditur Regnum à fratricidio, interfecto Fratre *Smerdi*, ex invidiâ roboris metuque regni.

Herod.3.c.30 p.173. & c.65 p.188.

5. Ducit contra Legem Persarum Sororem nomine *Meroen* conjugem, & ex se gravidam calcibus conculcans interficit, quod mortem Fratris luxisset.

Herod lib.3.c.31 p.173.Bœc.in Tacit.ann. 1.p.66.

6. Judicem injustum *Sisamnem*, quod muneribus se corrumpi passus fuisset, vivum excoriari, ejus pelle tribunal in quo sedens judicaverat obduci, & ibidem filium Ottanem judicem sedere mandat.

Herod.5.31.p.299. Val. Max.6.Ex 3.p.254.

7. Insiliens in Equum suo ipsius gladio, vaginâ excidente, vulneratus inter horrendos animi, malè sibi conscii, cruciatus interiit.

8. Eo sine liberis defuncto suppositi tius quidam *Smerdis* regnum fraude septem menses occupat, quem Persarū Principes unà cū Fratre cæterisq; Magis interficiunt.

Herod. l.3. c. 61. pag. 185. c. 64. p.187. c.66. pag. 188. c. 67. pag. 189. Ctesias in Persicis pag. 56.

p.56. Iustin. lib.1.p.12.13. Sulpitius 2. Hist. Sacr. p.103.

3. DARIVS, Hystaspis F.

1. Equi hinnitu per calliditatem Equisonis designatur Rex, & è campo maximâ pompâ reducitur. 3429

Herod. l.3.c 84.85.p.197. Iustin. lib.1.p.14. Valer. Maximus.7. Ex.3 p.299.

2. Babylonem rebellantem Ducis Zopyri præstitâ fidelitate recuperat, diruitque portas & muros.

Her.3.c. 154. usque ad finem libr.p.221. seqq. Iustin. lib.1 p.14.

3. Instaurationem Urbis & Templi Hierosolymitani, quam Cambyses prohibuerat, impetrante Zorobabele, Judæis concedit, Aggæo & Zacharia Prophetis populum monentibus.

Zach.1.v.1.12. Hagg.1.v.1. seqq. c.2.v.1. Iosephus 11. Ant. Iud. c.3 4.p.359.360.

4. Bellum Jonibus & Atheniensibus infeliciter infert, Marathonio prælio victus Miltiadis Ducis Atheniensium felicitate.

Herod. l.6.c.109 seqq.p.370. Iustin. lib.2. p.25.26. Zosimus 1 Hist.p.323.324.

5. Scythico bello infelix ad suos redit, & altero à defectione Ægyptiorum anno supremum diem obit.

Herod.

Herod. l. 4. init. p. 225. & c. 85. 86. 102. pag. 257. c. 123. pag. 263. c. 135. pag. 267. Iustin. l. 2. pag. 22. Plut. περὶ φιλαδ. *p. 488.*

4. XERXES.

3465 1. Primo regni sui anno *Ægyptios rebellantes* terrestribus simul navalibusque copiis aggreditur & subigit.

Herod. lib. 7. c. 7. p. 384.

2. Quinto regni anno, post Marathoniam Patris pugnam decimo, vindicaturus cladem Patris Darii in campis Marathoniis acceptam, suasu Mardonii bellum movet terrâ marique Græcis, exercitum ingentem irrito conatu Græciæ inducit, *Spartanis* se opponentibus sub Leonide & Pausania, *Atheniensibus* verò sub Aristide, Themistocle & Cimone.

Herod. lib. 7. c. 5. 6. 8. ad 20. p. 383 &c. c. 60. &c. p. 406. c. 184. 185. p. 445. Iustin. lib. 2. p. 27. &c. Maximus Tyrius serm. 3. init. p. 16.

3. Classe navium quatuor mille & ducentarũ progressus *Isthmo in cassum effosso* Hellespontum navibus jungere festinat, vesanâque gloriâ irascitur *monti Athoni & Hellesponto*, huic plagas inferens tercentum, hac minaces literas mittens: *Atho divine ad cœlum usq; porrecte, ne meis operibus facias lapides magnas & ad eruendum difficiles, alioqui excisum te projiciam in mare.*

Herod.

Herod. lib. 7. c. 33. 34. 36. p. 397. c. 21. 22. pag. 393. c 35. p. 397. c. 54. p. 404. Iuven. Sat. 10: v. 171.

4. Duobus præliis terrestribus *ad Termopylas* à Leonide, & *Platæas* à Pausania, & totidem *ad Artemisium & Salaminem* victus vix piscatoriâ evadit scaphâ, Themistocle ad Salaminem victore.

Herodot. l. 7. c. 175. 176. pag. 442. l. 8. c. 16. pag. 469. c. 16. p. 469. c. 24. p. 471. c. 118. pag. 502. l 9. c. 62. 63. 64. p. 537. Zosimus l. 1. p. 324 Iustin. l. 2. p. 2829. Thucyd. l. 1. p. 49. Corn. Nepos. in Arist. c. 2. & in Pauf. c. 1.

5. Urbe Atheniensium potitus Bibliothecam asportat, Græcorumque templa passim diruit exspoliatque.

Gellius 6. Noct. Att. 17. pag. 258. Iustin. 2. 10. Strabo. lib. 14.

6. Summâ cum ignominiâ in Persidem rediens ab Artabano Cubiculario militumque Præfecto occiditur.

Iustin. lib. 3. init. pag. 35. Diod. Sicul. lib. 11. c. 69. p. 391.

5. ARTAXERXES Longimanus.

1. Manum dextram habens alterâ longiorem Μακρόχειρ vocatur. 3485

Plutarch. in Artox pag. 10. 11. Amm. Marcellinus lib 30 p. 430.

2. Arta-

2. Artabanum insidias parantem cum prole tollit, & cædem Patris & necem Fratris Darii & semetipsum ab insidiis vindicans.

Diod. Sic. lib. 11. c. 71. p. 392. Iust. lib. 3. H. c. 2. p. 35.

3. Ægyptii deficientes Inarum Psammetichi Filium, adjuvantibus Atheniensibus, Regem creant, qui mox seditionis pœnas dedêre. Inaro in cruce suspenso, Mutatâ mox fide constituunt Regem Tachum, & Artaxerxi Mnemoni bellum indicunt.

Diodor. d. l. p. 393. Thucyd. Bell. Pelop.

4. Ab ejus obitu aliquod menses regnant Xerxes 2. Sogdianus.

6. DARIUS Nothus.

3526 1. Judæis favet eisque indulget privilegium reditus à Cyro concessum ad restaurationem templi Hierosolymitani.

1. Esd. 6. v. 1. seqq.

2. Ægyptii sub eo deficiunt, Regem creant Amyrtæum Sebennitam, & aliquammultis annis Reges habent proprios usque ad Nectanebum, qui regno spoliatur ab Artaxerxe Ocho.

7. ARTOXERXES Mnemon.

3545 1. Patris approbat pro Judæis decreta, eunt-

cuntque ejus permissu Solymam Esra & postea Nehemias.

2. Fliam Atossam uxorem ducit, &
360. Concubinas alit, inter quas *Aspasiam* habuit charissimam.

Plutarch.p.1023.Iustinus lib.10.p.82.

3. Bellum ei movetur à Cyro Fratre, adjutantibus Lacedæmoniis, sed cum proprio interitu.

Xenophon.libb.VII.de Cyri minoris expeditione.Plut.in Artox.p.1012.1013.1014.

4. Pacem in Græciâ conficit, à quâ Thebani se excludunt.

8. ARTOXERXES Ochus.

1. Sævus Princeps, obtruncator octuaginta Fratrum, Cognatorum & aliorum Principum. 3588

Ælian.6.H.8.pag.490.Plutarch.p.1026. Curt.lib.10.pag.898.Valer.9.2.p.378. Iustin.lib.10.p.82.

2. Sidonem, urbem Phœniciæ claram, proditione Mentoris Rhodii capit, vastatis incolis.

Diod.l.16.c.41.p.767.c.43.pag.769.cap.45. pag.771.

3. Pulso Nectanebo Ægyptum recuperat, oppidorum mænia destruit, fana expoliat, in ditionem Persarum redigit.

Diod. l. 16. cap. 47. 48. 49. 50. 51. 52 pag. 737. &c.

4. Occiditur à Bagoa Eunucho datâ potione medicatâ.

9. ARSES vel ARSAMES.

1610 1. A Bagoa evectus & interfectus, familiâ Regiâ prorsus extinctâ.

10. DARIUS Codomannus.

3914 1. Missa superba Legatione ad Alexandrum & *Regem Regum* & *Deorum consanguineum* se vocat, Alexandrum verò Famulum suum & adolescentulum Philippi nominabat.

Supplementum Curtii lib. 2.

2. Acinacem gestat, cui ex gemmâ erat vagina, quem Zonâ aureâ muliebriter cinctus suspendit. Nobilis gladius, modò virilem dextram nactus fuisset.

Q. Curtius lib. 3. c. 3. p. 153.

3. Tribus vincitur præliis ab Alexandro Rege Macedonum. 1. ad Granicum Bithyniæ fluvium. 2. ad Issum Ciliciæ. 3. ad Arbelam, frustrà regni sui partem cum filiâ offerens.

4. Trucidatur in fugâ perfidè conspirante Nabarzane & Besso, & moriens Alexandro hosti bene precatur.

Cur-

Curtius libr. 5. c. 12. pag. 469. cap. 13. pag. 478.

5. Cum quo expiravit Monarchia secunda, postquam Medo-Persicum regnum ultra CC. & plures annos stetisset.

III.

MONARCHIA GRÆCORUM.

Periodus I.

Alexandri Magni Regimen.

I. ALEXANDER Magnus.

1. Pater Philippus, Macedonum Rex; Avus Amyntas; Avia Eurydice; Mater Olympias.

2. Annos natus viginti regnum accipit paternum bellis gravissimis implicatum.

Iustinus. libr. 11. p. 83. A.M.

3. Devicto Dario Codomanno, Rege Persarum, inchoat tertiam Monarchiam Græcorum, & ex Asiâ in Europam transportat imperii summam. 3617

1. Macc. 1. v. 1. seqq. Dan. XI. 3 4.

4. In Deos devotus, in sacra propensus, in consiliis bellicis celer & felix, in bibendo

bendo acer, in milites indulgens, in irâ impotens, in periculis sibi non parcens, in victoriis insolens, in amore potens sui, in Aristotelem Præceptorem aliosque literatos liberalis, in doctrinâ gnavus & φιλόμηρος.

5. Persicis copiis ad Granicum profligatis urbem Sardes, Miletum, Halicarnassum aliasque urbes Lydiæ & Joniæ expugnat.

Plutarch. in Alex. p. 672. 673. 687. Iustin. libr. 11. p. 84.

6. Tyrum, Phœniciæ metropolim, post septem mensium obsidionem epugnat, 7000 trucidatis, 2000 suspensis, & aliquot millibus venditis. Expugnatâ urbe fit Dominus Phœniciæ.

Diod. lib. 17. à c. 40. u. q. 47. pag. 849. Curtius 4. c. 2. 3. 4. pag. 277. Plutarch. pag. 679. Iustin lib. 11. p. 91.

7. Hierosolymam infenso animo adit urbem demoliturus, quod sibi Tyrum oppugnanti commeatum & auxilia negassent, sed Jaddo Pontifice cum omni clero obviam eunte sedatur.

Iosephus 11. Ant. 8. p. 382. seqq. Origen. contr. Cels. lib. 5. p. 268.

8. Ægyptum occupat, & de suo nomine

ne urbem *Alexandriam* condit. Inde Ptolomæi eam tenent usq; ad Auguſtum Imperatorem Romanum.

Diod.lib.17.c.52.p.84.Iuſtin.lib.11.p.92. Curt.4.8.p.317.

9. Thebas ad terrorem inconſtantium Græcorum funditus evertit, Pindari Poëtæ domui & familiæ parcit, & civibus multis occiſis atque divenditis heroicum admiratur animum Timocleæ, Theagenis Thebanorum Principis conjugis.

Diod.l.17.à c.8. ad 15.p.818. Plut. Alex.p. 670.in Camill.p.138. Polyb.5.3.p.369. Iustin.11.4.p.84.85. Ælianus 13.7.p.364.

10. Ad Hammonis Oraculum itinere difficili proficiſcitur, de fortunâ futurâ ſciſcitaturus, unde reverſus divinos ſibi arrogat honores, & modo cornutus in publicum prodit inſtar *Iovis Hammonis*. interdum ut reliquorum fabuloſorum Deorũ quiſpiam.

Diod.17.49.p 851 c.50.p.852.c.51.p.853. Plut p 680. Curt.4.7.p 304. Iuſtin.lib.11.p. 91.92. Cic ad Attic.l.13.Epiſt.28.

11. Babylonẽ ſponte ſuâ ſe dedentẽ occupat. *Suſis, Ecbatanis & Perſopoli* potitur.

Diod 17.64.p.862. Curt 5.1.pag.401.& c.2.p.418 Plut.p.678.

12. In *Scythas* expeditionem ſumit.

Curt.7.9.p 655.lib.8.1.p 671. F 3 In

13. In *Indos* movet, apud quos in cujusdam Urbis expugnatione periculi magnitudine eventusque raritate admirabili medios inter hostes solus præliatur.

Curtius 8 5.p.702.& 9.1.seqq.Plut.p.696. 699.& Orat.1.de fort. Alex.p.327.

14. Indorũ Regem *Porum* sibi supplicem videt, acieque victum liberaliter habet.

Curt.8.13.p.768.c.14.p.773. Iustin.l.12.p. 103.104.Plut.p.698.

15. Lysimachum objici Leoni jubet, sed cum ad conspectum ejus concitus Leo impetum fecisset manum amicillo involutam in os leonis intrusit, arreptaque lingua exanimavit, unde *Leontomachus* ab eo facto dicitur.

Negat id Curtius 8.1.p.675. Affirmant Iustin.l.15.p.129.Valer. 9.3. p.382. Plinius 8. 16.p.112. Pausan. Attic.p.19. Plutarchus & Arrianus de eo tacent.

16. Principem amicorum suorum *Hephæstionem* in Deorum recipit numerum, funusque ei indicit permagnificum.

Plut.Alex.p 704. Iustin.l.12.p.108. Lucian.de Calumn.p 852.853.

17. Clitũ, à quo erat aliquando servatus, inter pocula liberius loquentẽ, interficit.

Plut.Alex.p.673.693.694.& de discri.A.& A.c.71.p.71.de Virt.mor.p.449. Curt.8.1. p.679.

p.679.681.682. Senec.1.Ep.83.p.746. Iustinus libr.12.pag.101.102.

18. Fortunæ insolentiâ superbus homine major sibi visus *Callisthenē* divinos sibi honores negantem necat, & heroica suâ facta cædibus & sanguine innoxio contaminat.

Plut.p.694 695. Curt.8.5.p.704.709.c.8.p.731. Iustin.lib.12.p.102. Valer.7.2.p.289. Themist.Orat.4.ad Val.p.79. & Orat.de Pace.p.92.

19. Defuncto *equo Bucephalo* exequias ducit, urbemq; dicat, quam *Bucephaliam* appellat.

Plut.p.667. Curt.9.3.p.816 Plin.6.20.p.76. & lib.8.c.42.p.120. Gell.5.2.p.198.

20. Ex Indiâ in Babylonem reversus ex nimio potu extinctus creditur, victus à vino omnium victor, cùm vixisset annos XXXII. imperasset annos XIII. minus quatuor mensibus.

Plutarch.p.703.705.706. Iustin.l.13.p.111. Diod.l.17.c 117.118.p.905.906.

21. Corpus defuncti aureo curru mulis LXIV. auro coronatis Alexandriam defertur, ibique tumulo splendido infertur, quod multis post seculis Imperatores Romani aliquot visitatum venerunt.

Diod.lib.18.c.26.27 28.p 938. Strabo l.17. p.637. Suet.in August.c.18.p.81.

& Lagidarum fit mentio, ubi per *Regem Austri* Ægypti Rex per *Aquillonis* Syriæ intelligitur.

Dan.c 11.v.5.per totum.

TMEMA. I.

PTOLEMAEORVM regnum in Ægypto.

1. Principatûs Ptolemaici neque initia neque finis in laude posita, impietate, incestu, crudelitate, avaritiâ, libidine, luxu, teterrimis Principibus regnum ferè administrantibus.

1. PTOLEMAEVS Lagi.

1. Gregarii militis Filius, Alexandri Magni primùm satelles, postea copiarum Dux, Ægyptum armis sibi parat post multos cum Antigono habitos conflictus & simultates, eundemque sibi benevolentiâ conciliat. 3627

Iustin.lib.13.p.114. 118. Pausan. in Attic. p.13.14.Hieron in Daniel.p.1159.

2. Hierosolymam fraude capit, Judæam sibi subjicit, & aliquot Judæorum millia in Ægyptum abducit.

Ioseph. 12 A.1.p 388. & lib. 1, contra Appionem p.1050.

3. Æger tradit regnum Philadelpho,

natu minimo, neglecto primogenito Ptolemæo Ceranno:

Iustinus lib.16.pag.133. Laert. in Vit. Philos. p.173.

4. Ab eo omnes Ægypti Reges addito sibi aliquo cognomento dicti fuêre Ptolemæi.

Ioseph. 8. A.2.p.269. Pauf. Attic. p.18.

2. *PTOLEMAEVS Philadelphus.*

3665 1. Princeps bene literatus, literatorum Patronus valdè munificus, exulum Musarum hospes.

Laert. in Straton. p.167. Theorit. Idyll. 17. per versus 137.

2. Arsinoen sororem in uxorem ducit, & eo incestu nascitur Ptolemæus Evergetes.

Iustin. l.24. p.174. Athen. l.14. p.462. Pausan. Attic. p.15.

3. Regnum auget urbibus, opibus, navibus, navalibus, variisque structuris magnificis.

Theocr. d.l.66.

4. Historias sacras Codice Ebræo comprehensas, suis impensis in Græcum transferri curat idioma, idque per LXXII. Interpretes ab Eleasaro, Sacerdote Summo, missos.

10.

Ioseph.12.A.2.p.389. & l.2.contra Ap.p. 1063. Aristeas singulari libro.

5. Quos fecerat Parens captivos Judæos libertate donat; insuper templum Hierosolymitanum splendidis exornat muneribus.

Ioseph.12.A.2.p.390.391.

6. Difficile bellum contra Antiochum Theum, Syriæ Regem, gerit, & traditâ filiâ Berenice in uxorem felici finit exitu.

Dan.11.6. Iust. lib. 24. pag. 173. Hieron. in Dan. col. 1160.

7. Alexandriæ Academiam cum Bibliothecâ amplâ erigit, & αὐτόγραφα Homeri & Sophoclis quindecim talentis ab Atheniensibus redemta ibi reponit.

Ammianus 22.16. pag. 282. Gellius libr. 6. cap. ult. p. 259.

8. Astrologiam excolit, artes omnes magni habet, & affluentibus undique Viris doctis ex doctorum conversatione & cultu literarum illustrius nomen, quam ex militari gloriâ aut regni amplitudine, accipit.

3. PTOLEMAEVS Evergetes.

1. Incestuosas inter Fratres & Sorores permittit nuptias, ut sororis suæ conjugio liberè potiretur. 3702

2. Seleu-

2. Seleucum Callinicum, Syriæ Regem, ob interfectam sororem Berenicem armis invadit, & multas civitates adimit.

Iustin. lib. 27. tot. p. 187. Polyb. lib. 5. c. 10. & 14. pag. 410. Hieronymus in Danielem Col. 1160.

3. Syros & Judæos pendere tributum cogit.

Iustin. d. l. Ioseph. 10. A. 3. p. 401. & cap. 4. p. 402. 403.

4. Veneno tollitur à Filio Philopatore.

4. *PTOLEMAEVS Philopator.*

3728 1. Patrem, Matrem, Fratrem, Eurydicem sororem eandemque uxorem interficit, cognomini suo contrarius.

Polyb. lib. 5. c. 7. p. 388. Iustin. l. 29. p. 194. lib. 30. p. 197. 198.

2. Antiochum Magnum ad Raphiam vincit, victoriâ nesciens uti, venturi incuriosus.

Strabo lib. 16. p. 474. Polyb. lib. 5. c. 18. 19. 20. p. 429. 3. Macc. 1. v. 1. 8. 11. 12.

3. Homeri Poemata studiosè legit, & in honorem Poetæ templum extruit.

Ælianus 13. Var. H. 22. p. 373.

4. Victor Hierosolymam ingreditur, templum profanat, & in Judæos turbam moventes sævit immaniter.

3. Macc.

3.Macc.1.v.15.c.2.v.1.& c 3.4.v.1. &c. Ioseph.12.A.3.p.398.

5. Moriens inter meretricum illecebras regnum relinquit filio quinquenni, quem Proceres commendant Romanis in tutelam.

Iustin.l.30 p.199 Valer.6.6.p.264.

5. *PTOLEMAEVS. Epiphanes.*

1. Nomine duntaxat Ἐπιφανής, nullo insigni illustris facinore, bello ab Antiocho M. provocatur. 3746

Pausan.lib.1.p.18.

2. Accipit in uxorem Cleopatram, Antiochi Magni, Syriæ & Asiæ Regis, Filiam, quas Pater nuptias in spem exitii instruxerat, sed irrito conatu. *p.109*

6. *PTOLOMAEVS Philometor.*

1. Matrem Cleopatram interimit. 3771

2. Filiam Cleopatram tradit Alexandro Syriæ Regi, qui in pugnâ interiit.

1.Macc.10.v.54.seqq.c.11.v.15.16.17.

3. Judæis Templi in urbe Heliopoli ædificandi potestatem concedit, quod usque ad tempora Vespasiani stetit.

Ioseph.13.A.6.p.433.

4. Contra eum Primates Ægypti insurgunt,

gunt, eique substituunt Physconem Fratrem.

5. Cadit in prælio contra Generum suum.

7. PTOLEMAEUS Physcon.

3804 1. Imperium auspicatur à cæde cruentâ Fratris, Filii, Procerum, Civium, adeò ut omnia compleret tum cædibus, tum exiliis.

Iustin. lib.38.p.235.

2. Vasto obesoque corpore fædus dicitur *Physcon* à ventris saginâ adinstar farciminis.

3. Crudelitate horrendâ Filium suum truncatis manibus, pede & capite, Matri die natalitio mittit pro strenâ.

Iustin. lib.38.p.235. Valer. M.9.2.p.377.

4. Libidinis nefandæ monstrum Sororem uxorem ducit; Filiam per vim stuprat.

Val.9.1.p.372.

5. Accademiam Alexandrinam dissipat; urbem tyrannide exhaurit.

8. PTOLOMAEUS Lathurus.

3830 1. In Judæos sævit immaniter, & eorum Regem Alexandrum Jannæum.

Ioseph.13,21.p.457.

2. Re-

2. Regno à Cleopatra matre ejicitur, & eadem occisa eidem restituitur, revocatus ex Insulâ Cypro.

Iustin.lib.39.242.

9. PTOLEMAEUS *Alexander.*

1. Matricida factus, cùm vitæ suæ Matrem insidiari audivisset. 3846

Iustin.lib.39.p.243.

2. Regno deturbatur, & in Insula Coo privatus vitam finit.

Iustin.d.l.

10. PTOLEMAEUS *Auletes.*

1. Vir cognominis sui, Choraulicâ notus, qui non veritus fuit cum tibicinibus publicè in habitu regio certare. 3869

Strabo libr.17.p.640.

2. Regno à suis, quos crebris erga Romanos largitionibus expilârat, dejicitur, regnante interim filiâ ejus Berenice, ipso Romam abeunte.

Valer.M.5.1.p.188.

3. Romanis pro sui restitutione imploratis jussu Pompeji per Aulum Gabinium, Syriæ Præfectum; restituitur, ejecto Archelao, quem Ægyptii sibi adsciverant.

Dio Cassius l.39.p.116.117.Strabo l.12.p.209.

209.l.17.p.641.Cicero 1.Epist.fam.l.2.5.7.8 9. Suet.in Jul.c.11.p.7.

4. Recuperato regno Berenicem cum Archelao marito interficit, in populum ſævit, ſed ſeptennio elapſo à Filio Ptolemæo Dionyſio è vivis tollitur.

11. *PTOLEMAEVS Dionyſius.*

3899 1. Ingratus homo, Pompejum Romanum à fugâ Pharſalicæ cædis perfidè occidi curat, à quo tamen ipſius Pater regno fuerat reſtitutus.

Dio lib.42.p.187.Valer.Max.1.8.p.41. Vellejus 2.Hiſt.p.580.

2. Controverſiam cum Cleopatra ſorore de Regno habet, quam, cum ſuâ & ſenatus Romani autoritate vellet dirimere Julius Cæſar, Adminiſtratores tunc regni Achillas & Plotinus tumultu in urbe Alexandrinâ excitato reſiſtunt, dicentes eo majeſtatem regiam minui.

Dio l.42.pag.186.202.Jul Cæſar 3.de bell. civ.fin.p.46.Hirtius de bello Alexand.pag. 462.ſeqq.

3. In conſpectu civium Alexandrinorum pugnâ navali victore Julio victus lintre aufugiens aquæ perit fluctibus.

Dio l.42.pag.205.Hirtius de B.A.p.485.

12.CLEO-

12. CLEOPATRA.

1. Ægypto per Julium Cæſarem ſubactâ precarium impetrat imperium.

Dio libr.42.p.205.

2. Libidinis incontinentis & luxus inexplebilis fæmina κλέ@ patriæ & Patris Auletæ ἄκλεές.

3. Fratri Dionyſio ſe jungit regno & lecto.

Dio d. p.

4. Gratiâ vultus & ſermonis M. Antonium & Jul. Cæſarem, Romanorum Duces, dementat, inſanis amoribus captat, & in pudicitiæ proſtitutæ præmium impetrat, quicquid lubet.

Dio.l.43.p.227.l.48.p.373.l.51.453.

5. Aſpidis clam ad mammam admotæ morſu mortem ſibi adſciſcit, & virilis audaciæ fæmina generosè vitam ponere, quàm in triumpho Auguſti captiva duci mavult.

Strabo l.17.p.639. Plut. Ant. pag 955. Dio. l.51.p.452.

6. Ab Auguſto Ægyptus in provinciæ formam redacta Romanis ſubjicitur. 3920

Strabo libr.17.p.642.

TMEMA II.

REGNUM SELEUCIDARUM.

Regis Syriæ plerique dicti Seleuci aut Antiochi.

1. Qui ab Alexandri morte Regnum suum in Syria stabiliunt, *Selucidæ* dicuntur.

1. SELEUCUS Nicanor.

1. Devicto Antigoni æmuli sui Filio Demetrio ex Ægypto, quò profugerat, Babylonem reversus imperium Asiæ sibi vindicat felici victoriarum cursu, ex servo Alexandri Asiæ & Syriæ Rex factus.

3638

Iustin. lib. 15. pag. 129. Diod. lib. 19. c. 100. 101, 102 p. 1036.

2. Demetrium Poliorcetem, Socerum, devictum in vinculis detinet usque ad vitæ finem.

Plut. Demet. p. 914 915.

3. Duæ ei uxores, *Apame*, è quâ nascitur Antiochus Soter, & Stratonice.

4. Magno labore Bosporum Cimmerium derivare conatur.

Plinius libr. 6. c. 11. p. 72.

5. In Indiam mittit ad Sandrocottum Regem Legatum *Megasthenem*, & pòst ad illius

illius Filium Allotrochadem *Deimachum Plataensem.* Uterque Legatus res Indicas ſcripsêre,ſed fide ſubleſtâ.

6. In ejus memoriam variæ urbes hinc inde conditæ & *Seleuciæ* dictæ, honorique ejus conſecratum fanum in Seleuciâ quâdam ad littus maris mediterranei ſita.

Strabo libr.16.p.536.

7. *Lyſimacho* Thraciæ Rege debellato ab hujus affine Ptolomæo Cerauno, Ptolomæi Lagi Filio, interficitur per inſidias.

2. *ANTIOCHUS Soter.*

1. Inceſto novercæ Stratonices amore infamis,nec id Parentis diſſenſu. 3667

Plut. in Demet.pag.906.907. Valer.lib.5. cap.7. pag. 227. Appian. Syriac. pag.126. 127.128.

2. Galatas in acie ab Elephantibus territos vincit.

Lucian. Zeux. pag. 323. 324. 325. 326. Tom.2.

3. Damaſcum,Syriæ urbem munitam, occupat ſtratagemate.

Polyenus libr.4.

3. *ANTIOCHUS Theos.*

1. Duas ſimul conjuges *Laodicen & Berenicem* habet, & inſtinctu Conjugis primæ necatur ſecunda. 3690

2. Ab eo *Parthi* deficiunt sub *Arsace*, & peculiare regnum instituunt, *Parthicum* dictum, quod usque ad Alexandrum Severum duravit circiter sexcentos annos.

4. SELEUCUS *Callinicus*.

3705 1. A parricidio auspicia regni capit, cùm hortante matre Laodice Berenicen novercam cum infante interficit.

Iustinus, libr. 27. p. 187.

2. Asiæ civitates sub eo deficiunt ad fratrem Berenices Ptolemæum Evergetem, sceleris patrati odio ductæ, & crudelitatis exemplo territæ.

3. Ortâ tempestate ultricibus undis naufragio perit ejus Classis in Desertores missa, ipso post luente scelus parricidii fractis cervicibus.

Iustinus lib. 27. p. 188.

5. SELEUCUS *Ceraunius*.

3725 Post infelicem cum Ptolomæo Philopatore pugnam dolo à suis interimitur, inque ejus locum Antiochus impubes adhuc sufficitur.

Iustinus. libr. 29. p. 194.

6. ANTIOCHUS *Magnus*.

3729 1. Vincitur ad Raphiam, oppidum Phoe-

Phœniciæ, à Ptolemæo Philopatore, amissâ Cælesyria.

2. Tres habuit Filios, Seleucum Philopatorem, Antiochum Epiphanem & Demetrium.

3. Regno Ægypti à morte Ptolemæi Philiopatoris insidiatur, Jussus eâ abstinere à Senatu Romano.

Iustin. lib. 30. p. 191. & lib. 31. init. p. 201. Livius 4. 3. p. 345. 350.

4. A Romanis primum in Græciâ, deinde in Asiâ, victus magnam partem Asiæ amittit, sibique gratulatur, quod regionibus perditis liberetur magnis curis, ita jocatus cum suo infortunio. Asia sic primum devicta luxuriam misit in Italiam.

Florus 2. 8. p. 153. Valer. 4. 1. p. 150. Plut. Cat. 342. 343. 344. Aur. Victor. de Vir. illustr. c. 53. p. 399. c. 54. pag. 403. 1. Macc. 8. vers. 6. &c.

5. Templum Beli spoliat suo exitio.

Iustin. libr. 32. pag. 210. Strabo libr. 16. pag. 547.

7. *SELEVCVS Philiopator*

1. Nullis præliis, solâ notus avaritiâ, quâ 3764
subditos expilavit, tantavitque gazophylacium sacrum Hierosolymitanum expilare.

2. Maccab. 3. v. 3. 6.

2. Veneno sibi ab Heliodoro propinato necatur,

2. Macc. 4. v. 7.

8. ANTIOCHVS Epiphanes.

3774 1. Stultè, liberalis, bibax, præsumtuosus.

2. Vere ἐπιμανής, magno enim furore religionem veram in populo Judaico extinguere conatur, promiscuè sæviens in miseram gentem sub diversis Ducibus. Eminebat tunc Matronæ & VII. Filiorum constantia, paucissimis sinceris manentibus.

1. Macc. 1. v. 10. 11. Dan. 11. v. 21. 24.

3. Soror ejus Cleopatra nubit Ptolemæo Epiphani Ægyptiorum Regi.

4. Ægyptum sub schemate Ptolemæi Philometoris adversus Physconem reducendi invadit, ex quâ postea per Legatum Romanorum Popilium cedere jussus in circulo fuit.

Dan. 11. vers. 25. 26. 27. 28. 1. Macc. 1. 19. Iosephus 12. A 6. pag. 408. Liv. 5. 5. pag. 501. Iustin. lib. 34. p. 217. Vellejus lib. 3. p. 567.

5. Rediens ex Ægypto Templum Hierosolymis spoliat, idolo super altare Dei collocato consecrat Jovi Olympio.

1. *Macc.*

1. Macc. 1. 19. c. 2. 29. c. 6. 12. 2. Macc. 4. 12. Diod. Siculus lib. 34. p. 1171.

6. Tristi nuntio de cladibus in Judæâ acceptis perculsus inter sævos animi & corporis cruciatus à vermibus corrosus expirat, relicto parvulo Filio.

1. Macc. 6. v. 16. 17. Ioseph. 12. 13. p 419.

9. ANTIOCHUS Eupator.

1. Ejus tutor Lysias Octavium Legatum à Romanis missum interficit, idque luit facinus proprio capite. 3786

1. Macc. 6. 17. 30. 31. 2. Macc. 13. 12.

2. Perfidus erga Judæos perfidiæ & sacrilegii pænas luit, à Patruele suo sublatus.

Ioseph. 12. A. 14. p. 419.

10. DEMETRIUS Soter.

1. Romanis obses datus pro Antiocho Epiphane evadit clanculum, regnumque inevadit ejecto Eupatore. 3788

Iustin. lib. 34. p. 217.

2. Bellum Judææ intulit per Bacchidem, Nicanorem & Alcimum Duces.

1. Macc. 7. v. 9. 19. 20. 26 27. 28. 29 30 31. 32. c. 9. v. 1. 2. Macc. 15. v. 3 4. 5.

3. Alcimum transfugam ex Israel & proditorem *Summum Sacerdotem* Hierosolymis Bacchidem constituit.

1. Macc. 7. v. 5 9. c. 9. v. 55. 56.

4. Ob superbiam & otium suis invisus regno exuitur ab Alexandro.

Iustinus.libr.36.p.219.

11. ALEXANDER *Veles.*

3798 1. Filium Antiochi Epiphanis se venditans Syriæ regnum, tanquam paternum, repetit, Demetrium pellit, ipso mox expulso.

1.Macc.10.v.11.13.14. Sulpit.lib.2.p.219. Iustinus lib.36.p.219.

2. Cum Jonathane Judæorum Sacerdote & Duce, fædus pangit.

Sulpit.id p.Iosephus.13.7.

12. DEMETRIUS *Nicanor.*

3802 1. Pronepos Antiochi Magni, filius Demetrii Soteris, Alexandro regnum adimit.

2. Post cladem parthicam ab uxore Cleopatra interficitur.

1.Maccab.14.vers.1.2.3. In Hircaniam relegatum scribit Iustinus lib.36.p. 220. & libr.38 p.236.

13. ANTIOCHUS *Entheos.*

3806 1. Ejus Tutor Diodorus Tryphon, postea ipsius tortor & occisor.

1.Macc.11 v.54.55.Iustinus libr.36.p.220. & libr.38.pag.237.238.

14. TRY-

14. *TRYPHON.*

1. Rapti regni usurpator ab Antiocho Sidere capitur & necatur.

Ioseph.13.A.d 12.

15. *ANTIOCHUS Sidetes.*

1. Oblatum sibi à Cleopatra Fratris uxore regnum & conjugium capessit, occiso Tryphone. 3811

Iustinus libr.36.p.220.

2. Sævâ fraude interimitur à Fratre Demetrio Nicanore.

16. *ALEXANDER Sebina.*

1. Demetrium Nicanorem interficit, & à Demetrii Filio Antiocho Grypo rursus interficitur.

Iustinus l.39.p.239.240.241.

2. Hunc sequuntur *Antiochus Grypus*, *Antiochus Cyzicenus*, *Seleucus Grypi Filius*, *Antiochus Eusebes*, *Philippus* cum Fratre Demetrio, *Antiochus Asiaticus* Eusebii F. cui Pompejus Magnus, Romanorum 3885 Dux, regnum adimit, totamque Syriam una cum Judæâ Romanis adjicit.

Iustinus libr.40.p.245.

TMEMA III.

MACEDONICUM REGNUM.

1. E divisis Regnis Regna duo *Ptolomæ-*

orum & Seleucidarum eminent, tanquam rami Græcæ Monarchiæ principes. Cætera duo mirâ vicissitudine vertuntur & evertuntur.

2. Primus Rex PHILIPPUS ARI-
3627 DÆUS, Alexandri Frater, creatur, & adjungitur ei Tutor Perdiccas; & eo interfecto ANTIPATER, qui bellum ab Alexandro Atheniensibus indictum gerit & conficit. Bellum illud LAMIACUM dictum à Lamiis, oppido Thessaliæ.

Diod. Sic. l. 18. c. 8. utque ad 19. pag. 914. c. 24. pag. 927. l. 19. c. 11. pag. 976. Plutarch. Alexand. p. 707.

3. Perdiccâ à suis Equitibus interfecto Macedoniam invadit Antipatri Filius CASSANDER, trucidatâ Olympiade
3634 Alexandri Matre, Roxane uxore & Filio. Ejus Filii *Antipater* (Antigonum vocant alii) & *Alexander* de regno certantes mutuis se bellis perdunt.

Diod. l. 18. c. 36. pag. 936. de Perdiccæ obitu; c. 74. 75. p. 963. c. 36. p. 995. c. 49. 50. 51. 52. p. 1005. c. 73. p. 1016. c. 75. p. 1026. c. 115. p. 1048. lib. 20. c. 19. p. 1068. c. 101. p. 1127.

4. DEMETRIUS deinde, dictus *Po-*
3654 *liorcetes*, Rex Asiæ, interfecto Alexandro, à quo in auxilium evocatus fuerat, Pyrrho item & Antipatro pulsis, regnum invadit.

Diod.

Diod. l. 19. c. 46. 47. pag. 1088. de Athenis recuperatis. c. 48. 49. usque ad 55. p. 1090. de Rhodiis obsessis. c. 103. 104. 105. pag. 1128. c. 111. pag. 1134. contra Cassandrum. Plut. in Demet. p. 888. &c.

5. A morte Demetrii PYRRHUS, Rex Epirotarum, septem menses Macedoniam tenet, & pellitur à Lysimacho, Thraciæ Dynasta.

Diod. lib. 22. c. 11. pag. 1144. cap. 14. pag. 1145. Plut. in Pyrrho p. 389. 390. & in Demet. pag. 909. 910. Justinus lib. 16. p. 133.

6. Lysimachus eam septem obtinet annos, qui in Asiam demum trajiciens contra Seleucum inter pugnandum perit, tuncque Seleucus Ptolemæi Cerauni oppressus insidiis regnum hoc Macedonicum, quod Lysimacho eripuerat, cum vitâ pariter amittit, septem mensium possessor.

Diod. libr. 20. c. 108. 109. pag. 1132.

7. Uno anno regnant tres successivè: *Ptolemæus Ceraunus, Meleager & Antipater*, deinde annos triginta tres *Antigonus*, dictus *Gonates*, Demetrii Poliorcetæ Filius, cui succedit Filius *Demetrius*, huic *Antigonus*, dictus Δώσων, quia se *daturum*, quod petebatur, identidem ajebat, nihil autem præstabat.

8. An-

8. Antigonum Dosona excipit PHILIPPUS, Demetrii II. Filius, cum quo triennale bellum gessit Romanorum Dux Titus Quint. Flaminius.

Plut.Flaminio Valer.Maxim.4.8.n.4.p.184. Pausan.Achaic.p.483. Florus 2.7.p.147. Polyb.l.17.cap.1.seqq.p.731.Iustin. Histor.lib.29. p.195.Livius 4.1.1.p.321.cap.15.p.324.c.33. seqq.p.329.lib.2.c.9.seqq.p.336.Victor.de Vir. illust.cap.51.pag.389.Eutrop.libr.4.p.648.

3771 9. Ultimus PERSEUS, sub quo regnum Macedonicum fuit translatum ad Romanos Luc. Æmilio Paulo Consule, qui Perseum unâ cum uxore, matre & liberis captum ducit in triumphum.

Livius 5.5.p.500. Diod. libr.31 pag.1163. Plutarch.Paul.Æmil p.266. & de fort.Rom. pag.318 Florus.2.12.p.164.Valer.5.1.pag.191. Victor.de V.Ill.c.56.p.418.

TMEMA IV.

REGNUM ASIATICUM.

3627 1. Primus Asiæ & Ponti Rex ANTIGONUS quatuor gerit bella 1. contra Eumenem auxilio Antipatri & Ptolomæi. 2. contra Cassandrum 3. adversus Ptolemæum & Seleucum 4. contra Ptolemæum, Seleucum, Cassandrum & Lysimachum.

Plut.

Plut. in Eumen. p. 583. &c. Diod. lib. 18. c. 30. p. 931. c. 48. p. 944. Lib. 19. c. 17. pag 981. cap. 28. seqq. p. 989. c. 44. p. 1001. c. 48. pag. 1004. c. 55. seqq. p. 1010. Lib. 20. c. 74. usque ad 78. p. 1108.

2. Eumene suorum perfidiâ sublato *Antigonus* potentiâ auctior factus contra Cassandrum & Ptolemæum arma sumit, & Athenas Lamiaco bello perditas recuperat. Denuò conjunctis copiis Lysimachi, Cassandri & Seleuci victus.

Justin. lib. 15. init. Diod. Sic. lib. 21. c. 1. p. 1137. Plut. in Demet. p. 902.

3. Successorem habet filium *Demetrium*, ab Urbium expugnatione *Poliorcetem* dictum, quo capto à genero Seleuco, Syriæ Rege, simul finis imponitur huic regno.

4. Postquam Asiæ regnum Syriæ Regibus, cessit, hujus Demetrii Filius *Antigonus*, Macedoniæ Rex constituitur, cujus Posteri in Macedoniâ regnârunt usq; ad Perseum Philippi F. quo à Romanis victo regnum simul Macedonicum traditur.

Plut. in Demet. p. 915.

5. Dilaceratione eâ Regni ab Alexandro relicti nil turpius nil horribilius dici potest, quâ irreparabile damnum tàm ingen-

genti Monarchiæ ex Posterorum rebus malè gestis illatum fuit, aliis alias tanti regni partes occupantibus & discerpentibus per bella atrocia, quibus sese invicem tanti Monarchæ indigni successores, per Græciam, Ægyptum, Asiam, multo cum sanguine urbiumque unà & regionum ad Orientem positarum omnium vastatione, consumsêre, ut non nisi confusum chaos imperii fuerit.

HISTORIA ROMANA.

Periodus I.

Italiæ Domini ante Romam conditam.

ÆNEADARUM REGNUM.

1. Trojâ vastatâ ÆNEAS, Princeps Trojanus, post multos terrâ marique errores cum sociis venisse in Italiam creditur.

Dion. Halicarn. 1. Ant. Rom. à p. 37. ad pag. 46. Dictys Cret. 5. de bell. Troj. p. 142. 143. Dares Phryg. de excid. Troj. p. 199. Virgil. libris sex prioribus Æneidos. Ovidius 13. & 14. Metam. passim.

2769 2. Ductâ in uxorem *Laviniâ*, Latini, Regis Aboriginum, Filiâ, urbem ex nomine u-

ne uxoris *Lavinium* condit, propterque Laviniam præreptam Rex Rutulorum Turnus bellum infert.

Virgil.lib.1. Æneid. init. & libb. sex posterioribus Æneidos. Plutarch. in Coriol. p.227. Liv.1.1.p.2.

3. Occiso à Rutulis Latino regnum Latii ad eum devolvitur.

Plinus lib.3.c.5.p.34.

4. Æneæ Filius succedit ASCANIUS, 2777
qui *Albam* extruit Regiam Latii regnique caput, inque eâ ab eo XIV. Reges tenent sedem solii, *Sylvii* omnes dicti ab Æneæ filio posthumo in Sylvâ educato. Ab eo & posteris feliciter regnatum fuit usque ad Procam, Numitoris & Amulii Parentem.

Servius ad Æneid.p.376. & 6. Æneid. p.1107. Livius 1.3.p.2.Virg.8.Æneid.v. 43.Propert.4.Eleg.1.v.35.

5. Amulius, Sylviorum ultimus, fra- 3154
trem Numitorem regno exuit, quo rursus is ipse exuitur à *Romulo & Remo*, Rheæ Sylviæ Filiis, qui Amulio obtruncato Numitori regnum restituunt.

Plut.Rom.p.19. Flor.1.1.num.5.pag.4.Livius 1.1.3.pag.2.& 6.pag.3. Victor.de vir. ill. cap.1.pag.1.

6. Romulus & Remus Albâ relictâ aliam quærunt sedem, & cum essent monti-

bus

bus per educationem assueti, novam urbem auspicatò aggressi in colle Palatino *Romam*, quæ nunc septicollis, condunt.

Flor.1.1.5.pag.4.Livius 1.1. Ovid.1. Fast. vers.242.

Periodus II.

ROMA condita REGESque Romani.

1. Primum tempus sive infantia Romani Imperii *sub Regibus* fuit, qui cum finitimis crebrò colluctati sunt.

Florus proleg.libr.1.p.2.

Electione deferebatur regnum, Regeque defuncto Senatui potestas eligere optimum, sive ex indigenis esset, sive ex civibus, sive ex peregrinis.

Dionys.libr.4.

1. *ROMULUS.*

3197 1. Urbis Romæ imperiiq; Romani non sine augurio & cæde conditor ex tenui & despectâ origine.

Plut.Romul.pag.22.Quæst.Rom.p.286.de Fort.Rom.pag.320.Cic.1.de Divin.p.351. For.1.1.p.6.Livius 1.1.7.p.3.

2. In certâ nativitate oritur, & exitu incerto moritur. Ejus tamen mater creditur Numitoris Filia Rhea Silvia, aliâs Ilia, Virgo

go Vestalis; Pater incertus, & Nutrix Acca Larentia.

Dionys. Hal. libr.1.pag.64.66.70.71. Plut. Thes.p.1 & Rom.p.18.19. Ov.3. Fast.v.11.

3. Lactatur à Lupâ sive meretrice, & inter Pastores ac Profugos, inter sylvas, dumeta & montium aspredinem, educatur.

Gell.6.7.p.244.245.

4. Asylum in proximo Luci fano instituit, Viris cò undique confluentibus malæ notæ & audacibus, ut civitatis beneficio gauderent.

Florus 1.1.9.pag.5. Liv.1.1.8.p.3. Plut. de de fort Rom.pag.320. Dion.2. Ant.pag.88. Ovid.3. Fast.p.70. Iuven.satyr.8.v.272.

5. Leges militares & alias nonnullas fert. Legiones constituit. Tres Equitum Centurias, ordinat, quibus qui præerat, *Tribunus Celerum dictus*. Centum instituit in Senatu Senatores, quos ab ætate *Patres* appellavit, quorumque Filii *Patritii* dicti.

Dion.2.p.83.84.85. Plut.Rom.pag.24.30. Liv.1.1.8.p.3.

6. Cæninos sub Acrone, Antennates, Sabinos, Fidenates vincit.

Plut.Rom.p.27.32.3. Dion.2.p.101.116.117. 118. Livius 1.1.11.p.4. Valer 3.2.p.97.

7. Virgines Sabinas Romam profectas Ludorum Consualium hypocrisi rapit, &

H suis

ſuis in defectu ſexus muliebris jungit. Ind *bellum primum Sabinum T. Tatio Duce* o tum, quod Sabinarum precibus & lacry mis diremtum, fædereque percuſſo Sabin in urbem recepti fuere.

Dion.2.pag.99.&c.Plut.pag.25.26.27.28. Flor.1.1.num.10.p.5.Liv.1.18.p.5.Victor. c.2.p.13.

8. Acronem, Cæninenſium Regem, cum exercitu proſternit, obtruncatum ſpoliat, triumphat ſpoliis opimis occiſi Ducis Jovi Feretrio ſuſpenſis, victoſque diruto eorum oppido Romam traducit.

Plutarch. Rom.p.26.27. Dionyſ. lib.2.pag. 102.Liv.1.1.10.p.4.Valer. Maximus 3.12. pag 97.98.

9. Fratrem *Remum* interficit impatiens conſortis, ſicque fraterno primi maduerunt ſanguine muri.

Dion.1.Ant.pag.74 Liv.1.1.7.p.3. Plut. in Rom. p.23.

10. Civitatem in XXX. Curias dividit; Populum in tres tribus; Rempublicam in tria P. *Patres, Patritios & Plebejos.* Lictores & ſatellites in miniſterium adſciſcit, inſolentior ſubitò factus.

Plut.p.30.34.Dionyſ.2.p.82.

11. Incerto vitæ exitu fidem divinitatis acquirit, & in numerum Deorum recipitur,

tur, raptus, ut creditur, inter tonitrua & tenebras in aerem spectante populo.

Liv.1.1.16.p.5.Dion.1.p.118.Plut. in Rom. p.34.35.36.37.& Numa p.60.& de fort. Rom.p.320.Lactant.1.de fals.rel.15.p.42.

NUMA Pompilius.

1. Romulo bellicoso succedens Numa *religiosus* religionem instituit, & omnia, quæ ad cultum Numinis sacrorumque ritus faciunt, multum pacis adeptus multumque otii. 3236

Plut.Num.pag.61.65.Dionys.2.p.123.124. Ovid.Od.12.v.33.Flor.ibiq. Freinsh.p.15.

2. E Curibus, urbe Sabinorum, vocatus ad regnum, Deorum voluntatem *per auguria* inquirit, civitatem armis assuetam ad pacis artes traducit, & *Iovi Terminali* terminos sacrat.

Plut.p.62.63.64.70.Dionys.2.pag.133.134. Liv.1 1.18.p.6. Ovid.15. Metam.44.v.3.

3. Romam Marte ferам & sine lege sibi traditam *Legum institutione* à bellicâ feritate abducit, simulatâ in id Ægeriæ Deæ Nymphæ familiari consuetudine, ut facilius vulgus Leges acciperet.

Plut.p.62.& de fort.Rom.p.321.Liv.1.19.p.6.Eutrop.l.1.p.642.Val.max.lib.1.p.12.

4. Annum reformat, & in XII. menses dividit, additis Januario & Februario.

Plut.pag.71.72.Liv.1.1.19.pag.6.Macrob 1.Sat.13.pag.311.Ovid 3.Fast.v.151.

5. Jani Templum exstruit, belli pacisque signum, vel apertum, vel clausum. Clausum fuit suo tempore.

Plut.de fort.R.p.322.

6. E cœlo cecidisse fertur *Ancyle*, sive scutum æneum breve, unde *Saliorum sacra* orta.

Plut.Num.p.63.69.Liv.1.1.20.p.7.Dion. 2.p.129.130.Flor.12.3.

7. Virginibus Vestalibus, quæ sub Virginitatis certo voto sacri ignis perpetui erant custodes, Templum exstruit.

Dionys.2.p.125.126.127.128.Liv.1.1.20. p.7.Flor.1.2.3.p.15.

8. Supra octoginta annos vixisse traditur.

Lucian.Macrob.p.820.Plut.p 74.

3. *TVLLVS Hostilius.*

3279 1. Ex opilione Rex creatur, solenni suffragio populi, & nihil potius habet bello.

Plut.Num.p.75.Liv.1.1.31.p.10.

2. Contra Albanos dimicat feliciter tergeminis Fratribus Horatiis cum trigeminis Fratribus Curiatiis commissis, eorumque destructâ urbe defectionis Autorem

rem Metium Suffetium Albanorum Ducem, pernicibus equis distrahi jubet.

Dionys.3.p.154.seqq. Liv. 1.1.23.24.25. p.7.8.& de Metii supplicio c.28.p.9.de urbis excidio c.29.p.10.Flor.1.3.p.18. Victor. c.4.p.44.45.Valer.7.4.p.301.

1. Albâ dirui jussâ numero civium Romanorum per Albanos introductos aucto, *Cælius mons* Urbi additur.

Victor c.4.p.44.Liv.d.loc. Dionys. lib.3. p.137.172.

4. Equo vectus de Sabinis & Fidenatibus triumphat.

Dion.3. à p.160.usque ad p.175. Liv.1.1.30. pag.10.

5. Fulmine ictus perit domo tota conflagrante, cum Regiâ uxore & Filiis omnique Familiâ.

Plutarch.Num.p.75.Plin.libr.2 53.pag.15. & libr.28.c.2.pap.398.Valer.9.12.pag.401. Dion.p.176.177.Liv.1.1.31.pag.10.

4. *ANCUS Martius.*

1. Nepos Numæ nomen ab incurvo cubito accipit, & è patriciâ Martiorum familiâ nomen magnum habet. 3311

Liv.1.1.32.p.10.Florus 1.4.2.p.10.Dionys. 3.p.183.Plutarchus in Numa.

2. Ostiam urbem condit ad ostia Tiberis, unde nomen.

Plin.3.5.p.34.Ioh.Gobell.Comm.Pii lib.11. p.301.

3. Tiberim ponte sublicio jungit, urbem auget mœnibus, auctisque civibus addit collem Aventinum & Janiculum, Carcerem etiam instituit publicum.

Dion.3.p.182 Liv.1.32.pag.11.Victor.c.5. p.56.Strabo lib.5.p.162.

4. Religionis & agriculturæ studium sub Tullo intermissum restaurat.

Dion.3.p.177.Vict.c.5.p.56.

5. Insigni in re bellicâ virtute ac fortunâ Latinos, Fidenates, Vejentes, Sabinos Volscos vincit.

Dionys.3.p.179.180.181. Conr.Lycosthen. in Plin.de V.I.p.100.101.

5. *TARQUINIUS Priscus.*

3335 1. Demarati, Mercatoris Corinthii, Filius, & Tutor filiorum Anci regnũ ambitu fraudeq; comparat, militum adjutus favore.

Flor.1.5.1.p.21.Dion.3.p.184.185.186. Valer.3.4.p.116.Liv.1.1.34 p.12.Strabo lib.5. p.157.

2. Circum extruit inter Aventinum & Palatinum montem; & Urbem lateritio muro cingit.

Dionys.3.p.200.

3. Centum

3. Centum *Patres minorum gentium* legit.

Dionys.3.p.199. Livius d.libr. Victor.c.6. pag.65.

4. De Latinis, *Sabinis & Hetruscis* triumphat tunicâ aureâ alioque ornatu phalerato.

Dionys.3.à p.189.usque ad p.199. Livius 1. 1.35.36.37.pag.12. Plut. Rom. pag.27. Flor. 1.5.6.p.22.

5. Filium XIV. annorum, quod in prælio hostem percusserat, *Prætexta* & *Bullâ* donavit; unde hæc ingenuorum puerorum insignia cæperunt.

Macrobius libr.1.c.6. Victor. de vir. ill. c. 6. p.65.

6. A Sicariis duobus, pastorali habitu instructis, securi trucidatur.

Dionys.3.p.205.206. Liv.1.1.40.p.13.

6. SERVIVS *Tullius.*

1. Verna natus urbi favore solius plebis datur, refragante Senatu. 3373

Plut. Quæst. Rom.p.281. Dionys.4.p.20.208 209.218.242. Valer.3.4.p.117.

2. Censum populi Romani, in classes & centurias egregiè distributi, primus instituit.

Dion.4.220.221. Plut. de fort. Rom.p.322. Liv.1.1.42.43.44.p.13.14.

3. Dianæ & Fortunæ templa erigit, Fortunam sibi propitiam summè colens.

Dionys.pag.230.232. Plut.quæst.R.p.273. 281.& de Fort.Rom.p.322.Livius 1.1.45. pag.14.

4. Urbis pomæria protulit, fossâ & aggeribus munit, additis duobus collibus *Viminali & Esquilino*, atque Urbs septicollis facta & divisa in quatuor partes.

Dionys.4.p.218.219.

5. Vejentes & Hetruscos prælio superat.

Dionys.4.p.231.

6. Nummos, quos ex ære rudi habuerant, primus *notâ pecudum* signat, unde *pecuniæ* nomen.

Plin.33.3.p.462.Cassiod.7.var. Epist.32. p.480.

7. A Tarquinio Superbo occiditur, consilio sceleratæ Filiæ Tulliæ, quæ per Patris in vico Cyprio jacentis corpus carpentum agit, unde *Vicus sceleratus* dicebatur.

Dion 4.p.232.usq. ad 242 ut & 271.Liv. 1.1.48.p.15.Seneca Octav.v.299. Ovid.6. Fast.p.162.

7. *TARQVINIVS Superbus.*

3417 1. Superbiâ furoreque elatus, unde & cognomen, regnum scelere invadit, tyranni-

nico-

nicoque more in vitam & bona civium grassatur.

Dion.4.pag.244.245.248.Livius 1.1.49 pag.15.

2. Senatores aliosque falsò accusatos morte exilioque multat.

Dion.4.p.245. Messal. Corvin. de Aug. Progen.p.534.

3. Franum *Iovis Latialis* condit, *Capitolini* extruit, feriasque Latinas instituit.

Dion.4 p.201.250.258.Liv.1.1.55. pag.17. Plut.Public.p.103 104.

4. Mendacio allicit in obsequium *Latinos*; *Volscos & Sabinos* domat; *Gabios* bello septenni fatigatos dolo simulati transfugii per Filium vincit.

Dion.4 p.240.247.250 usque ad 257.Liv. 1.1.53.p.16.17.Ovid.2.Fast.v.659.

5. Ad Lucretiæ, Tarquinii Collatini Uxoris, à Filio *Sexto Tarquinio* stupratæ, scelus conniver. Inde jurante Bruto & aliis ad cultrum occisæ Lucretiæ pro libertate patriæ Urbe cum omni familiâ exactus, & :

Quem dies vidit veniens superbum,
Hunc dies vidit fugiens jacentem.

Dionys.4. à p.261 ad 277.Valer 6.1.p 236. Victor. c.9. p. 106. August.1.C.D.19.Plut. de Virtut. Mulierum. Ovidius 2. Fast. Senec.cons ad Marcian.c.16.p.610.

6. Ejus non tam superbâ & importuna dominatione, quàm injuriis Filii, excitatus populus libertatis cupidine incenditur, regnumque abrogat, pulso Rege, qui dies, quo *Regifugium* factum, bis quotannis celebratur.

Livius l.1. ult. p.18.19.

7. Ultra nonaginta annos firmâ valetudine vivit, Cumisque vitam finit.

Dionys. 4. p. 358. Plut. Poplic. p. 98. Lucian. Macrob. p. 821.

Periodus III.

CONSULARIS MAGISTRATUS;

Sive Consulum duorum annua Imperia.

1. Pulso urbe Tarquinio mutatus Reipublicæ Status Regius, & Imperium *penes* SENATUM esse usque ad JULIUM Cæsarem, binis quolibet anno creatis Consulibus.

Messala Corvinus de Augusti progen. pag. 532. 533.

2. Pulsis Regibus quotannis ad clavum Reipublicæ sedebant *Consules*, dicti sic, non tam quòd *Reipublicæ consulerent*, quàm quòd *Rempublicam consulerent*, hoc est, populum & Senatum.

Flor. libr. 1. c. 9.

3 Re-

3. Republicâ vel vi hoſtili vel ſeditione in diſcrimen ſummum actâ DICTATOR creabatur, qui tum demum deſignabatur, cùm vis aliqua major oborta ingentem cladem minitari urbi videretur. Dictus ſic, quod ſub amplâ poteſtate futuros Magiſtratus, & quod eſſet in rem Reipublicæ præſentem, *dictitaret*. Populi quoque *Magiſter* nominabatur, unde *Magiſtratus nomen* factum nomen poteſtatis.

4. Excitato ob fœneratorum multitudinem motu *Tribuni* conceduntur *Plebi*, qui pro plebe adverſus Magiſtratuum injurias vigilarent. Sic Conſularis poteſtas multum imminuta.

5. Anno libertatis quinquageſimo quarto iterum mutata forma civitatis ſub *Decemviratu*, Decemviris leges ferentibus ſive ſcribentibus, qui ſuâ poteſtate abuſi non diu perſtiterunt.

6. Variâ dein fortunâ interveniente *Tribuni militum*, *Cenſores*, *Prætores*, *Quæſtores* & alii admiſſi, prout inconſtantia & ambitio populi poſcebat.

(****)

CON-

CONSULARIS REGNI

ſive REIPUBL. LIBERÆ

CLASSIS. I.

Bellorum in Italiâ geſtorum usque ad Punica Bella.

1. Populi Italiæ ante primum bellum Punicum devicti fuêre varii, Latini, Vejentes, Æqui, Faliſci, Samnites, Hetruſci, Volſci.

CENTENARIUS I.

A Iunio Bruto ad Cornel. Coſſum.

2. Status conſularis lubricæ authoritatis fuit inſtar Lunæ, modo auctus, modo diminutus, nunc eclipticus. *Primus Conſul* fuit *Iunius Brutus* & ejus collega *Tarquinius Collatinus Lucretiæ* maritus, hoc ob odium nominis mox abrogato, in locum *Valerius Poplicola*, Vir ſummæ humanitatis ac modeſtiæ erga populum liberum, unde & nomen accepit, ſurrogatur.

Plut. in Val. Popl. p. 97. Dionyſ. 5. p. 286. 287 292. 314. Liv. 1. 1. 56. p. 17. & lib. 2. c. 2. p. 19 Victor. c. 10. p. 112. c. 15. p. 144. Florus 1. 9. p. 34. Cicero 3. Offic. col. 523.

3. *Tarquinius* Rex bellum infert Romanis, quo Conſul *Brutus*, Monomachus Arun-

Aruntem, Tarquinii Filium, interficiens interficitur.

Plut, Poplic. p. 101. Liv. 2. 6. p. 20. Flor. 1. 10. pag. 38. Victor. c. 10. pag. 113. c. 12. pag. 126. c. 13. pag. 133.

3. *Porsena*, Hetruscorum Rex, *Tarquinium* restituturus Urbi indicit bellum, eâque obsessâ peneque captâ, *Horatii* Coclitis in ponte sublicio, Q. *Mutii Scævolæ* in castris hostis, & *Clæliæ* Virginis Obsidis virtus pro libertate Urbis enituit; *Valerius* autem Consul primus Consul triumphavit. 3444

Flor. 1. 10. p. 38. Liv. 2. c. 9. 10. 11. 12. 13. p. 21. Dion. 5. p. 293. seqq. Plut. Parall. p. 106. & de Virt. mulier. p. 250. & in Vitâ Publicolæ Valer. 3. 2. p. 97. Victor. c. 11. 12. p. 121. 126.

4. Liberatâ iterum Urbe *Tarquinius* tertiùm movet in Urbem Duce *Manilio*, XL. Latinorum urbibus sibi conciliatis, sed post fractas Latinorum vires, amissis bello filiis duobus & Genero Mamilio Tusculanorum duce, exul moritur Cumis Aristodemum tyrannum anno exilii XII. Lacus *Regillus Regi* ominosus & fatalis 30000. cæsis & captis.

Livius 2. 19. 20. p. 24. Flor. 1. 11. p. 42. Vict. c. 16. p. 151.

5. A Regifugio *Dictator primus* creatur

tur *T.Largius*, & post eum *A. Posthumius* acie ad lacumRegillum bene confectâ clarus, quo nomine pro Republicâ liberatâ Diis *ludos* Circenses & sacrificia præstat.

Livius 2.18.p.23. Dion.6.p.342.seqq. Victor.c.16.p.151.Valer.1.8.1.p.37.

3457 7. Seditionem sive secessionem plebis primam sedat suavibus verbis *Menenius Agrippa*, & memorabili Apologo populum Patribus conciliat, qui ob fœneratorum improbitatem in sacrum montem se receperat. *Tribuni* tunc primùm *Plebi* concessi, primiq; C. *Licinius* & L. *Albinus* creati.

Livius 2.32.pag 27.28.Dion.6.p.404 405. 409.Flor.1.23.p.96. Victor.18.p. 168.Val. 8.9.1.p.345.

8. C. *Martius* metropolim Volscorum Coriolos aliasque urbes expugnat, & *Coriolanus* dicitur. Exilio ob tribunitiæ potestatis examen multatus transit ad Volscos, qui eo Duce Romam obsident, Româque servatâ per *Veturiam* templum *Fortunæ muliebri* Calendis Decembris conse-
3458 cratur.

Livius 2.33.p.28.c.39.40.p.29 30.Victor. c.19.p.175.Valer.5.2.p.197.& c.4.p.212. Dion.Halic.libr.7.Orat.Voturiæ ad filium inter Bardæus 3.Herois p.461.

9. Fa-

9. *Fabii* trecenti & sex *Vejos* aggrediuntur, & cæduntur ad Cremeram fluvium 3472
uno die ad unum omnes, uno superstite Fabio tunc absente, diesque ille à Romanis ob hoc infaustus est annotatus, & porta, quâ exierant, *scelerata* vocata.

Liv. l. 2. c. 48. 49. 50. p. 35. & l. 3. c. 1. p. 45. Dion. l. 6. pag. 412. 413. 414. lib. 8. p. 480. 481. 489. 490. 496. 508. 516. 523. Victor. c. 14 p. 137. Florus 1. 13. p. 55.

10. L. *Quinctius Cincinnatus*, ab aratro ad 3493
Dictaturam vocatus, obsessa ac pene jam capta *Minucii* conf. castra, egregia virtute servavit, & fugatis Æquis, ad boves triumphalis agricola redit.

Florus 1. 11. p. 43. Victor. c. 17. p. 157. Plin. 18. 3. p. 258. Dionys. lib. 10. Valer. 2. 7. & 4. 4. Veget. de R. M. 3. p. 5.

11. Legati ad Athenienses missi, propter Leges *Solonis* aliaque instituta Græcorum, triennium in eâ peregrinatione consumunt. *Decemviri* legibus scribundis creati, *duodecim Tabulas Legum* proponunt.

Livius 1. l. 3. 33. 34. p. 46. Dionys. lib. 10. pag. 676. 681.

12. Secessione secunda plebis *Decemviri* ob res indignè gestas abrogantur *Ap-* 3501
pioque Claudio, scelerate abripiente *Virginiam*, ruit status bis quinque Virorum.

Flo-

Florus 1.24.p.97.Liv.3.44.45.46.pag49. Victor.c.21.p.190.Cic.de Fin.p.90.

3509 13. Censores primum *Papirius* & *Sempronius.* Creati cives sic notarunt, ut qui Senator esset, ejiceretur Senatu, qui Eques Romanus equum publicũ amitteret, qui plebejus ærarius fieret ac per hoc non esset in albo centuriæ suæ, sc. ad hoc ut esset civis, sed tantummodo pro capite Hububi nomine æra pendere.

Liv.lib.10.&15. Ascon.in Divin.pag.20. Rosin.lib.7.c.10. Plut.in Æmil.

14. Posthumius de *Æquis Volscisque* triumphat, sed ob sævitiam inter tumultum militum lapidibus obruitur.

Livius lib.4.p.83.

CENTENARIUS II.

A Cornelio Cosso ad Ap.Claudium Cæcum.

3561 1. Galli Brenno Duce Româ pulsi, Hetrusci cæsi, rem strenuè gerente *M. Furio Camillo,* Dictatore & Triumphatore, gratoque exule.

Liv.1.5.47.p.89.Plut.Camill. Flor.1.13.p. 54.Victor.c.23.p.204. Veget.4.26.p.106. Virgil.8.Æn.v.652. Cass.in Chr.p.1325.

3568 2. Plebem contra Senatum *M. Manlius Capitolinus* concitat propter fœnora, & regni affectati reus de Tarpejo Saxo præcipitatur.

Livius

Livius l.6.c.11.14.15.16.17.p.94.Valer.6.3.p.249.Victor.c.24.p.214. Florus 1.26.p.100.Gellius 17.21.p.649. Virgin. & Æneid.v.652. Elin.H 28.p.97.

3. Prænestiones Romam invadentes *T. Quintius Cincinnatus*, Dictator, cooptato sibi Magistro Equitum Servilio Ahala, ad Alliam prælio vincit. 3527

Liv.l.6.28.29.p.100.

4. Urbem periculo liberat *Titus Manlius* monomachiâ cum Gallo, vasti corporis homine, commissâ, hostisque torque accepto *Torquati* nomen accipit. Hic ter 3590 Dictator, ter Consul in tertio Consulatu triumphat, nemo vero juniorum in triumpho obviam processit, quia filium victorem securi percusserat.

Liv.l.7.10.p.107.Flor.1.13.p.59. Victor.c.28.p.235.Valer.6.9.p.273.& l.9.c.3.p.380. Gellius 9.13.p.330.331.332.Plin.33.1.p.460.

5. Gallos Italiam vastantes *Sulpitius* 3593 Dictator, arte terrorem incutiens, repellit.

Livius l.7.c.12.13.14.15.p.108.

6. De Tiburtinis, Tarquiniensibus & 3595 Faliscis *Rutilius* triumphat.

Livius l.7.c.19.p.110.

7. In societatem recipiuntur *Samnites*, qui rebelles facti aliquot præliis à *Papirio*

Cursore & aliis vincuntur, exhausti viribus
3597 pacem petunt, fœdusque antiquum obtinent, postquam centum prope annis bellatum cum iisdem fuisset.

Livius l.7.*c*.32.33.*p*.114.115.*lib*.9 *c*.40.*p*.145 *c*.44.*p*.147.*l*.10.*c*.14.*p*.152. & *c*.30.*p*.158. & 3.3.*c*.5.*p*.199.

3641 8. Q. Fabius *Hetruscos & Umbros* feliciter vincit.

Livius 19.39.*p*.144.

CENTEN. IIII.

A Claudio Caco ad Livium Salinatorem.

3649 1. *Æquis* bellum illatum, XLI. oppida incensa, & solo æquata. Deinde *Marsis* atque *Hetruscis*.

Livius l.9.45.46.*p*.148.

2. Cum Gallis infelici Marte pugnat L. *Cæcilius*; felicius P. *Cornelius*, Consul, ad internecionem ferè deletis Gallis.

Livius l 10.*c*.26.*p*.156.

3660 3. M. *Curius Dentatus* Consul ter triumphum agit, de Samnitibus, de Sabinis, de Lucanis, & Legatis Samnitium aurum offerentibus ait, se malle imperare aurum habentibus quàm accipere.

Victor.*c*.33.*p*.261.*Cic*.*de Senect*.*p*.552.

4. Tarentini perfidiâ Romanis nocent Legatis eorum violatis; inde bellum ortum decennale, *Tarentinum* dictum, cui se immiscet ex persuasione Apollinis PYRRHUS

HUS, Rex Epirotarum, quem tandem liâ expellit M. *Curius Dentatus*, post- 3675
ani sex annis negotium facessierat Romanis.

Florus 1.18.p.178. *Valer*.2.7.p.77. *Victor* c.35. p. 276. *August*. 3. *de C.D.*17. *pag*. 186. *Plut. in Pyrrho* p.390.

CLASSIS. II.

Bellorum Punicorum & Macedonicorum.

5. Tarentinum bellum excipit PUNICUM *primum*, Coss. *Claudio Caudice* & *ulvio Flacco*. Tria enim bella Punica recensentur. C. *Duillius* Cos. primus Pœnos incit classe, & primum agit triumphum maritimum; iisdemque victis sub *Luctatio* Sicilia cedit Romanis, & Carthaginensibus ex consilio Amilcaris petentibus pax data. Eo bello *M. Attilius Regulus*, magnus terrâ marique victor, pacem petentibus Carthaginensibus cùm iniquas præscriberet conditiones, à Xantippo Lacedæmonio Duce, qui auxilio advenerant, captus suam insolentiam luit damno Romanorum maximo. Missus deinde Romam, ut persuaderet & fieri curaret permutationem captorum, ipse autem dissuaderet, Carthaginem rediens novis exemplorum modis excruciatur. Durat hoc bellum continuos tres & viginti annos, quo peracto Jani templum clauditur. 3686

Florus 2. 2. p. 103. *Victor*. c. 37. 38. 39. 40. 41. p. 307. *Riv*. 3 *H. N.* 11. p. 254. *Acron. ad Hor.* p. 348. *Diod. Sic. Eclog. l.* 23. p. 268.

6. Vix propagatis extra Italiam Imperii finibus nova bella ingruebant *cum Gallis*, cum *Liguribus & Sardis*, cum *Illyriis*. Bellum *Gallicum* virtute primum *Æmilii* ad Pisas, deinde geminatâ *Marci Claudii Marcelli* & C. *Cornelii* ad Acerras & Mediolanum victoriâ confectum.

Florus 2. 3. p. 116. c. 4. p. 120. *Victor*. c. 45. p. 345. *Valer*. 3. 2. p. 98.

3731 7. Secundi belli Punici causa immane odii Amilcaris adversus Romanos vindictæque cupiditas in Carthaginensibus fuit. *Amilcar Hannibalis* pater, exercitum in Hispaniam trajecturus, sacrificiis rite peractis, secedere ab aris cæteros jubet, & apprehensa dextra filii, altarique admota, voluit, ut tactis sacris jurejurando assereret, se quàm primum per ætatem liceret, hostem populi Romani futurum. Occasionem belli quærit Hannibal, oppugnatâ *Sagunto*, socia Romanorum civitate, quâ expugnatâ, superatisque magno cum exercitus damno, montibus Pyrenæis, Rhodano & Alpibus, Romanorum vires tribus præliis fuêre attritæ: 1. quidem ad *Ticinum* quo in prælio P. Scipio adolescens patrem Consulem

ſulem vulneratum, ne in manus hoſtium veniret, protexit. 2. ad *Trebiam*, ubi calliditate Hannibalis, T. *Sempronius* victus eſt. 3. ad *Thraſimenum* lacum, ubi tanto animorũ ardore pugnatum, ut terræ motum ingentem nemo pugnantium ſenſerit. 4. ad *Cannas* Apuliæ vicum, ea in clade *Varronis* Conſul. temeritate perierunt XL. millia civium Roman. Sine dubio ultimam hæc clades diem Romanis attuliſſet, ſi recta Romam Hannibal perduxiſſet exercitum. Romani vix extremum ſpiritum trahentes, à Cannenſi cæterisq; cladibus iterum quaſi ad vitam redierunt, & auſi ipſum victorem denuo aggredi. Cunctatione ſua hoſtem ſuperbũ *Capuæ* delitiantem Q. *Fabius Maximus* fregit morâ, unde *Cunctator* dictus. Claud. *Marcellus* à *Campania* pepulit & oppugnatione *Nolanæ* urbis excuſſit, *Marcellus* capta Syracuſa ab Archimede defensâ, *Siciliam* omnem recepit, *Sardiniam* Gracchus eripuit, *Publ.* & *Cn. Scipiones* in Hiſpaniam miſſi, inſidiis Hannibalis oppreſſi fuêre. Quibus *Scipio* major ſucceſſit & totam recuperavit Hiſpaniam. *Haſdrubal*, dum ſe Hannibali fratri conjungere affectat à *Livio Salinatore* & *Claud. Nerone* apud *Metaurum* fluvium oppreſſus ſpem victoriæ eripuit fratri. Eodem

Duce Scipione Hannibal in Africa victus, & Carthago Romanis tributaria facta est.

Livius l.3.c.1.seqq.p.164.197. & l.10.p.319.320. Florus 2.6.p.125. & c.17.p.183. Victor.c.42.seqq p.316. Silius Italicus libro peculiari. Plutarchus in vitis Fabii, Scipionis, Marcelli, Hannibalis. Amm. Marc. lib.15.p.53.

8. *Placentia & Cremonia* Coloniæ deductæ, sub adventum Pœnorum cum Annibale in Italiam à Romanis.

Vellejus l.1.p.568.

3736 9. Expugnat *Syracusanos* Marcellus, Archimedem circulis suis intentum trucidant milites, & de victis invito Senatu triumphat victor in monte Albano.

Livius 3.3.4.31.p.238. Florus 2.6.33.p.130. Plut. in Marcell.p.307.308. Plin.7.37.p.99. Cicero.5.Tuscul.p.259.

CENTEN. IV.

A Livio Salinatore ad Cassium Longinum.

3750 1. Primum bellum *Macedonicum* gestum cum Philippo; penultimo Macedonum Rege. Victus Philippus à Q. Flaminio Col. ad Cynoscephalas pacem sub conditione tributi certi per decem annos solvendi impetrat.

Livius 4.1.1.p.321.c.51.p.324. Florus 2.7.p.147. Polyb.lib.17.c.1.seqq.p.731.

3755 2. Hannibal à Scipione Africano victus

ctus ad Antiochum Regem Syriæ fugit, atque multa suadendo & hortando adversus Romanos incendit. Hinc bellum *contra Antiochum Magnum* gestum, qui per Acilium Glabrionem Cos. Euboicâ insulâ ignominiosè depellitur, & Thermopylis non solùm natura loci tutis, sed etiam prçsidio & muro obseptis, ejicitur: Inde ab Æm. Regillo navali ad Coricum pugnâ rejectus graviori per Scipionem ad Magnesiam prælio devictus pacem petit. Tota Asia minor hoc bello accedit Romanis, & Rex jussus ultra Taurum montem regnare. Scipio Asiâ rediens urbem ingreditur ditissimo triumpho, & ab Asiâ devictâ *Asiaticus* appellatur.

Videantur Autores supra allegati in Antiocho.

3 Fulvius *de Ætoliâ* in Achajâ triumphat, Ambraciâ urbe, Pyrrhi Regiâ, eversâ, omnibusq; Insulis intra Ceraunios montes jugumque Malcum subjugatis. 3763

Florus 2 9. p. 158. Victor. c 52. p 395.

4. C. Claudius *Istros* inter pocula & epulas obruit, Rege etiam eorum intercepto, qui ob crapulam vix se captum cognoverat.

Florus 2 10 p. 159.

5. Bello *Macedonico secundo* vincitur PERSEUS, Macedonum Rex ultimus, apud ur- 3782

bem Pydnam, magnumque & illustre nomen hinc adipiscitur *Æmilius*.

Autores in Perseo allegati.

3801 6. Bellum PUNICUM tertium geritur, in quo Scipio Æmilianus juxta Porcii Catonis consilium Carthaginem, ambitu suo sex milliaria Germanica complectentem, totam incendio funditus evertit, cùm stetisset annos circiter 700. Durat incendium XXII. dies, eamque spectans conflagrationem Scipio lachrymatur. Anni sunt inter secundum & tertium bellum circiter quinquaginta duo.

Florus 2.15.p.385. Vict.c.47.p.355. Plin.15.18.p 215. Eutrop.4.p.649.

3802 7. Bello Macedonico tertio *Q. Cæcilius Metellus* Andriscum, qui se Persei Macedonum Regis filium finxit, vincit, ob id *Macedonicus* dictus. Macedonia tunc in provinciæ formam redacta.

Florus 2.14.p.271. Val. Max. 7.5.p.307. Victor.c.61.p.456.

8. Bello Achaico C. Cornelio Lentulo & L. Mumio Coss. cùm Corinthii Romanorum pulsassent Legatos, Mumius *A-*
3804 *chaiam totam* in deditionem accipit, *Corinthum* incendit, *Thebas* deinde & *Chalcidem* diruit, quod auxilio Achæis fuisset.

Flor. 2.16.p.179. Iustin.l.34.p.216. Victor.

60 .pag.

60.p.451, Pausan.l.7.p.500, Plin.34.2.p.471.

9. Tres uno ferè tempore Romæ celeberrimi triumphi fiunt; Scipionis *Africani* ex victâ Africâ; ante cujus currum ducitur Asdrubal; *Metelli* ex devictâ Macedoniâ, cujus currum antecedit Andriscus; *Mumii* ex devictâ Corintho.

Eutrop. libr.4.p.649.

10. Optimus Scipio, ut æmulorum odio ac invidiæ locum daret, *Linternum*, Campaniæ oppidum, ut ibi lateret, comigravit, ibique in otio Philosophico ad finem vitæ suæ vixit.

Valer.5.3.p.205. Senec. Epist.86.

11. In bello Numantino Numantia, quæ pertinaci obsidione se diu servaverat, à Scipione Æmiliano funditus evertitur, incolis sese, suas conjuges & liberos, partim ferro partim veneno tollentibus, ut nullus triumpho servari potuerit.

12. Tiberius Gracchus, Tribunus Plebis, seditionem Romæ movens in Capitolio occiditur & in Tiberim conjicitur, postea ejus frater Cajus Gracchus ob eandem causam interficitur.

Florus 3.14.p.268 & 15.p.270 Plutarchus in Vitâ Gracchorum p.824. Vict.c.64.pag. 472. August.3.de C.D.24.p.201.

12. Q. Metellus *Baleares insulas* sub di- 3827

 tionem

tionem populi redigit, qui inde *Balearicus* dictus.

Florus 3.8.p.243.

3828 13. Domitius Ænobarbus Conſ. *Allobroges* vincit, poſtea Q. Fabius, inde *Allobroicus* dictus.

Flor.3.2.p.211.Valer.9.6.p.388. Plinius 7.50.p.103. Amm.Marcell.l.15.pag.56.Cæſar. lib.1.de B.G.

3834 14. Cæcilius Metellus *Dalmatas & Sardos* vincit.

Florus 3.4.p.222.

3839 15. Calpurnius *contra Iugurtham*, Numidiæ Regem, cum exercitu mittitur, & poſt eum Sp. Albinus, ſed munere corruptus uterque vincitur, Inde miſſus Metellus hoſtem aſtutiis viribusque frangit; C. Marius opprimit, & Jugurtham catenatum ante currum in triumpho agit.

Saluſtius in Iugurtha per capita 114. Plut. in vitâ Syll. & Marii p.843.409. Eutrop. l.4.c.8.p.650.Flor.3.1.p.204.Vict.c.57.p.498.503.

16. Bellatum multis Hiſpaniæ populis, partim infeliciter, partim proſperè.

Florus 2.17.p.183.

CENTEN. V.

A Caſſio Longino ad Octavium Auguſtum quintò Conſulem.

CLAS-

CLASSIS III.
CIMBRICI & SOCIALIS & MITHRIDATICI BELLI.

1. CIMBRI, Teutones & Tigurini, fines Romanos ingressi strages magnas edunt, cæso exercitu Aurel. Scaurum interficiunt, 3844
C. Manlium & Servil. Cæpionem castris binis exuunt occisis 80000. Tandem *Marius* redintegratis viribus, astu ingentique labore ad Athesin fluvium eos magna felicitate funditus delet occisis 140000. 3849
Durat hoc bellum annos XII. quô Germanorum arma primùm Romanis innotuêre

Florus 3.3 p.213. Plut. Mario p.419. Victor. c.47. p.503. Eutrop. l.5. c.1. p.650.

2. Bellum *sociale* inter omnes fere Italiæ populos contra matrem Romam gestum, ejus præbuit causam L. *Drusus* Plebis Tribunus, promissam civitatem non præstans, deficientibus tum *Picentibus*, *Vestinis*, *Marsis*, *Pelignis*, *Marrucinis*, *Lucanis*, *Samnitibus*. Militat in hoc bello Cicero tyronem agens. Pompejus tunc Strabo, Magni Pater, Picentes prælio fundit, Cato Hetruscos, Gabinius Marsos, Carbo Latinos, Samnites Sylla. 3860

Florus 3.18. p.279. App. de bell. civ. libr. 1. p.373. Vict. c.63. p.469. Eutrop. lib. 5. c.2. p.650. Cicero Philipp. 12. p.924.

CLAS-

CLASSIS IV.

CIVILIUM BELLORUM TRIUM.

3862 3. Bellum *Civile primum*, dictum *Marianum*, inter ambitiosum Marium & Syllam juvenem, quo victus Marius, parvâ navicula venit in Africam. Inde absente in Asiâ *Syllâ* à *Cinna* evocatus, junctis sibi *Carbone & Sertorio*, Romam vexant crudeliter, Nobiles trucidant. Sylla victor primò proscribit eos, qui Marianas partes secuti fuerant, sævit nefandâ crudelitate in eos, qui adjuverant, & felicis nomen assumit.

Florus 21. p. 296. Valer 9 2. p. 374. Plut. in vitis Marii & Syllæ. Eutrop. lib. 5. p. 650. 651. Appian. de bello Civ. l. 1. p. 383. Vict. c. 75. p. 559. August. 3. de C. D. 28. p. 207. Sal. in Catil. c. 11. Oros. 5. 21. p. 420.

3865 4. Bellum *Mithridaticum* geritur, & tribus ingentibus bellis vincitur *Mithridates*, Asiæ & Ponti Rex, felicitate *Sylla*, virtute *Luculli* & magnitudine *Pompeji*, qui postea *Magnus* est dictus. Athenis primum occupatis Mithridates Græciâ ejicitur, eoq; victo Romani imperium latè per Orientem propagant. Durat autem istud bellum annos XLII.

Florus 3. 5. p. 226. Plut. in Vitis Sylla, Luculli & Pompeji p. 464. 466. 498. 499. 636. Vict. quatuor ultimis cap. p. 550.

5. Q.

5. Q. *Sertorius* Romæ proscriptus in Hispaniâ movet bellum, contra quem mittitur Pompejus & Q. Metellus. Sertorio à 3872
Conjuratis Antonio & Perperna occiso de Hispaniâ triumphat Pompejus.

Flor. c. 22. p. 307. Vict. c. 43. p. 468. Appian. de B. C. l. 1. p. 418, Plut. in VitâSertorii pag. 578. 582. Eutrop. l. 6. init. p. 651.

6. Scribonius Durio Pro-Conf. victis 3875
Dardanis in Thraciâ ad Danubium usque primus Romanorum penetrat.

Liv. 10. 15. p. 521. Saluſt. Fragm. Hiſt. p. 92. Florus 3. 4. n. 6. p. 222. Eutropius.

7. Pompejus *adversus Piratas* mittitur, 3883
quo bene confecto bello designatur Imperator adversus Mithridatem, Antiochũ, Hispanos, cæterosq; regni hostes, contra quos multâ ille cũ laude & gloriâ versatur.

Florus 3. 6. pag. 236. Cicero Orat. pro L. Manil. p. 343.

8. Autore L. Sergio Catilina *Conjuratio* 3885
Catilinaria erumpit, quam aliquot sociis in carcere necatis celeriter tollit Cicero Consul, ob id postea P. Clodio Tribuno plebis Remp. turbante vertere solum coactus. Catilina verò à C. Antonio cum exercitu cæditur.

Florus 4. 1. p. 313. Saluſtius pecul. libro. Plut. in vitis Sylla, Cicer. Cæsaris. Cicero. in 4. invecti-

invectivis contra Catilin. pag. 442, & in Epist. p. 405. 408. 409.

9. Romani orbe ferè toto bella gerunt, Pompejo Duce in Asiâ, Julio Cæsare in Europâ, Crasso apud Parthos. Julius Cęsar prosperè res gerit contra Gallos, Helvetios, Hispanos, Belgas, Germanos, Britannos. Exin æmuli ejus facti Pompejus & Crassus.

Vellejus p. 578.

3897 10. M. Licinius Crassus *in Parthos* profectus cum filio Publio interficitur ad Carras unâ cum 20000. militibus cæsis, signisque amissis captus liquefacto in os auro pænas avaritiæ solvit.

Appianus peculiari libro. Plut. in Crassi vitâ p. 557. 558. 563. Florus 3. 11. p. 256. Val. Max. 1. 6. p. 24. Plin. 33. 10. p. 468.

11. Gravissimum *bellum civile II. Pompejanum* inter Cæsarem & Pompejum oritur; quod variè gestum Cæsar tandem obtinet, victo ad Pharsalum Pompejo. Victus Pompejus in Ægyptũ contendit ad Ptolemæũ Dionysium petiturus auxilium, & ad Pelusium ex insidiis occiditur, fato suo ostendens alium præter se fuisse magnum.

Cæsar. lib. 3. p. 441. 448. 453. Flor. 4. 2. p. 18

12. Occiso per Brutum & Cassium Julio Cęsare emergit *Bellum Civile tertium*, quod contra Conjuratores gerunt M. Antonius

& Octa-

Julius Cesar Augustus, Tiberius, Caligula

&Octavius. Eo feliciter in Philippicis campis confecto *aliud atrocius* exoritur *inter Antonium & Octavianum*, ubi devicto ad Actium Antonio univerſum tandem imperium in C. Octavium recidit, appellatione *Augusti* à Senatu ſimul receptâ, facieſq; imperii mutatur, poſtquam ſævitum fuiſſet per annos duodecim bellis civilibus.

13. Romana Ariſtocratia, quæ hactenus ſub Conſulibus floruerat, corruit ſuis ipſius viribus, Pompejo æqualem, Cæſare ſuperiorem ferre nolente, & tamdiu infeſtis armis concurſum, donec *unius dominatu* forma Reipublicæ mutaretur, Conſulum liberam Rempublicam excipiente Imperatorum Romanorum poteſtate.

Periodus IV.

MONARCHIA ROMANA.

1. Quarta & ultima orbis Monarchia eſt ROMANORUM, cujus *initium fluctuans* in JULIO, titubanter eam formante, & *ſtans* in AUGUSTO, eandem magno planè auſu *ſtabiliente*; quum ad Actium promontorium *Antonium* & Cleopatram vincens ſolus Imperium teneret.

2. Pugna illa *Actiaca* eventu maxime memorabilis accidit Anno ab *V.C.DCCXXII.*

Spe

Spe tunc plenus *Augustus* & felicibus auspiciis lætus tacito animi augurio Rempublicam sibi spondet Monarchicam, rebus omnibus post Actiacum illud prælium optimè se habentibus: Tunc clausum Romæ *Templum Iani*, & pax illa orbi necessaria parta, quâ constante Servator noster JESUS CHRISTUS voluit nasci in mundũ.

3. Cum Servatoris adventu in carnem gratioso quæ cæpit se exerere Monarchia Romana, ea eum ejus adventu glorioso sese iterum abscondet.

MONARCHICI STATUS

Periodus I.

CÆSARUM Romæ sive in Occidente Imperii sedem, à Iulio Cæsare ad Constantinum Magnum, tenentium.

CLASSIS I.

Imperatorum ex familiâ Juliâ.

1. *IULIUS Cæsar.*

1. Quartæ Monarchiæ *inchoator* vel potius *præcursor* est Julius, quem sequitur Choragus & Antesignanus Augustus.

2. Nomen *Cæsar* à Majoribus in se derivatum retinet, è quibus primus ejus nominis creditur moriente Genitrice utero materno *excisus* & nomen sibi & successoribus reliquisse. Nomen *Imperator*, quod antea

Iulius Cesar, Augustus, Tiberius, Caligula, C
Otto, Vitellius, Vespasianus, Titus, Domiti

antea non nisi militiæ supremæ nomen erat, ad regiam dignitatem & supremum fuit relictum.

3. Generosam indolem maturè ostendit *literarum & armorum exercitiis*, unde evadit Heros & armis & literis ornatissimus, toti orbi olim & nunc notissimus Patronus literarum literatorumque.

Sueton.c.55.p.40.Valer.8.9.p.345.

4. In ædificando sumtuosus, in largiendo prodigus, in militiâ cautus, in expeditionibus velox, in præliis audax; in remittendis injuriis facilis, in officiis sedulus ac comis.

Sueton.c.26.p.18.c.32.p.24.c.58.p.44.c.59 60.p.45.c.62.p.46.

5. Alexandri conspectâ statuâ ingemiscit, lectâque historiâ lachrymatur, æmulo ingenio præditus.

Sueton c.7.p.5.Plut.in Iul p.712.

6. Uxores ei quatuor, *Cossutia, Cornelia, Pompeja & Calpurnia*, è quibus Pompejam ob adulterii cum Clodio suspicionem abdicat, ipse adulterio infamis.

Sueton.c.6.p.4.c.52.p.15. Plut.p.707.709. 711.712.714.

7. Tribunus, Quæstor, Ædilis, Prætor, Pontifex, Consul, Dictator, tandem Imperator & Monarcha.

Sueton.c.5.6.9.10.13.76.Plut.p.710.713.725

3891 8. Juliam filiam Pompejo despondet, quem *Generum* experitur infidum & invidum, nam Soceri ille potentiæ invidens bellum civile movet, exitu Pharsalici prælii notissimum; nam Pharsalicis campis victus in Ægyptum fugit, jussuque Regis Ptolemæi trucidatur, vix navi egressus.

Sueton.c.21.p.15.c.26.p.19. Flor.4.2.p.320. Plut.pag.721.722.726.727.728.729.730. Eutrop.lib.6.p.652.

9. Annum à Numa Pompilio divisum corrigit, in eum ordinem, quo hodienum utimur, digerit, Fastos ordinat, Calendariũ emendat; inque memoriam ejus mensis Quintilis *Iulius* appellatur.

Sueton.c.40.p.30.

10 In bello felix contra Germanos, Britannos, Gallos, Helvetios, Massilienses, Ægyptios, Africanos, Hispanos.

Sueton. c.25.p.17.c.34.p.25.26.c.54.p.40. Plut.p.714.715.716.717.718.719.731. Eutrop.l.6.p.652.Cic.Or.pro Marcello p.799.

11. Judææ regendæ præficit *Antipatrum*, Idumæis ortum, qui confestim constituit *Phasaelum*, filium natu maximum, Hierosolymorum Præfectum, Herodem verò, adhuc adolescentulum Galilææ dedit.

Iosephus 14.Antiq.17.

12. Rege Ponti Pharnace subitâ victo-

triâ prostrato tria verba, *Veni, Vidi, Vici*, ad Senatum scribit.

Suet.c.35.p.26.c.37.p.28.Plut.p.731. Flor. 4.2.n.62.63 p.326. Appian.2 B.C.p.484.

13. Bello Africano devictis Scipione, Juba & Catone, unôque prælio prospero tribus castris deletis triumphum agit.

Sueton.c.35.p.26.Dio lib. 42.p.148.

14. Romam reversus victor gloriosus magnos honores sibi decretos admittit, in Senatu superbè se gerit, coronâ laureâ delectatur; & ex rebus fortunatè gestis insolentior statuam sibi auream ponit, salutari Jupiter gaudet.

Sueton.c.37.p.27.c.76.p.54.c.78.p.56. Dio l.43.p.234.235.lib.44.p.242.243.

15. In animo agitans bellum contra Dacos & inde contra Parthos conspiratione Bruti, Cassii, aliorumque, vi protractus in Curiam XXIII. vulneribus cæditur, morte suâ, quam sibi *subitam & celerem* aliquando optârat, testatus se *Cæsarem* fuisse. Brutus & Cassius iisdem gladiis, quibus Cæsarem cæderant, cæsi.

Sueton.c.80.p.58.c.81.p.59.c.82.p.61.Val. 1.7.p.28.c.8.p.41 Flor.4.7. p.364.Plut.in Cæs.p.737.738.739. in Anton.p.921.922. Eutrop.6.fin.p.653.Dio.lib.44.p.249.

6. Felix toto imperio infelici exitu *ino-*

pinatâ morte (quam *optimam* aliquando prænuntiarât) inter Conſpiratorum manus truces, imperium deponit, Cæſar verè *Cæſar* ortu, progreſſu, & interitu ; ab Auguſto tamen inter DEOS relatus.

Sueton.c.87.p.65.c.88.p.65.

17. Occiſo Cæſare Conjurati provincias dividunt, & cum Antonio & Lepido, ſuadente ἀμνηστίαν κὶ ἀμνησικακίαν in Senatu Cicerone, pacem faciunt.

Plut.in Brut.p.992.in Caſ.p.740.Dio.l.44 p.251.ad 257.Vellejus l.2.p.581. Appian.2. B.C.p.517.518.

2. *Cæſar Octavianus AVGVSTVS.*

3887 1. Equeſtri familiâ progignitur, Patre Octavio, & à Julio Cæſare & nominis & bonorum hæres relinquitur.

Sueton c.1.2.3.4.5.6.7.p.67.

2. Viginti annorum juvenis *Conſul* admittitur; *Pontifex maximus* creatur, *Proconſulare officium* in perpetuum accipit. Imperiũ paulatim ſine titulo dominationis firmat.

Suet.c.25.p.87.Dio l.46.p.322.& l.54.pag. 539.Eutrop.l.7.p.653.Cic.Philipp.5.p.879.

3. Tres uxores habet, *Claudiam*; *Scriboniam*, & *Liviam Druſillam*, quam ex conſenſu mariti Tiberii Neronis, cùm gravida eſſet adhuc duxit.

Suet.c.62.63.p.120. & in Tiber.c.4.p.163.

Macrob.

Macrob.2.Saturn 5.p.405. Vellej.2.p.588.

4. Imperator quidem felix, sed *Pater infelix*, funera Marcelli, Lucii & Caji videns, Juliamq; infamem ob prostitutam publicè pudicitiam.

Sueton.p.122.123.

5. Eloquentiam studiaque liberalia ab ætate primâ cupidè exercet, Literatos viros liberaliter fovet ipse literatissimus.

Sueton.c.84.85 86 87.88.89.p.138.&c.

6. Judicia melius ordinat, consiliis moderandis *Mecænatem & Salustium Priscum* intimos admittit, Provincias omnes describit, & certos singulis Rectores, Præsides, Proconsules & Præfectos imponit.

Sueton. c.47.110. Tacit.3. Ann.4.Strabo lib.17 p.720 p.721.

7. Rempublicam armis firmat, rem militarem ordinat, Urbem ædificiis & opibus auget, legibus & Magistratibus ornat. Templa restaurat novaque ædificat, limitibus castella imponit, hinc haud vanis laudibus *Pater Patriæ*, quam augustissimam relinquit, dictus.

Dio l.52.p.493.l.54.p.526.541.l.56.p.584. Sueton.c.29.30.32.33. p.91.Eutrop.l.7.p.654.Flor.4.3.p 353.

8. Ob Julii Cæsaris necem una cum M. Antonio bella absolvit civilia quinq; ; duo

adversus M. Antonium *Mutinense & Actianum*; *Philippense* contra Brutum & Cassium, Julii percussores, ex voto gerit, quos in campis Philippensibus duplici conficit prælio, *Siculum* contra Sextum Pompejũ, duobus præliis confectum, uno apud Mylas altero apud Artemisium, *Perusinum* contra L. Antonium, Marci Fratrem.

Suet. c. 9. 10. 11. 12. 13. p. 72. Vellej. lib. 2. p. 583. Dio. lib. 48. p. 385. Flor. 4. 7. p. 363. & c. 8. p. 368. Plut. Brut. p. 1009. Eutr. l. 7. p. 653.

9. Bella *in Germaniâ* per *Drusum* privignum & *Quintilium Varum* gerit, infelici ferè exitu, hunc enim prosternit Arminius in Westphalia, illum mors prematurè tollit. *Tiberium* quoque privignum mittit in Germaniam contra Caninefates, Rhætos, Bructeros, Cheruscos. Quintilianam cladem tantâ fert impatientiâ, ut caput interdum allideret foribus, clamando: Quintili, redde Legiones.

Suet. c. 23 p. 84 & in Tiber. c. 17. p. 175. & in Claud. c. 1. p. 275. Flor. 4. 12. p. 386. Horat. 1. od. 24. p. 30. & 4. od. 4. p. 104. Vellej. 2. Hist. p. 589. 591. 592. Dio. l. 54. p. 535 542. 543. l. 56. pag. 582.

10. Societatem unà cum M. Antonio & Lepido *Triumviratus nomine* init, noviq; Triumviri partito imperio Nobiles aliosq;

viros illustres proscribunt, quos inter Cicero, animo erga Optimates variabilis, simul abripitur.

Florus 4.5.p.361. Plut. in Antonio, Bruto & Cicerone. Sueton. c.12.13. & 17.

11. Triumvirorum unus *Antonius* fortunæ Collegæ invidens bellum movet intestinum, eóq; se suamque fortunam evertit, victus bis, primò circa Mutinam, & ultimò circa promontorium Actium.

Florus 4.3.p.353. Sueton. c.10.11.12.p.73. Plut. Anton. p.923.

12. Antonio & Cleopatrâ celeri successu ad Actiacum Promontorium superatis Nicopolin in rei memoriam condit, & Ægyptum subjugatam sub Præfecto primo Cornelio Gallo provinciam facit. Devictus Antiochus suis se manibus interfecit; Cleopatra aspidibus ad mammas appensis sese spoliat vitâ.

Florus 4.11.p.378. Suet. c.17.18.p.80. Dio l.50.p.426. Eutrop.p.654.

13. Dalmatas, Cantabros, Hispanos, Dacos, Salassos, Parthos, feros tunc populos, subigit, Indis Scythisq; victorē celebrantib'

Sueton. Aug. c.20.p.82. Florus 4.12.n.12.p.385.n.46.p 386. Orosius l.6.p.537.538. Suet. c.21.p.84. Eutrop. l.7.p.654.

14. Subactis populis Tributum & Censum

ſum imperat, promulgatq; edictum, ut totus orbis ditionis Romanæ in ſingula capita cenſeatur.

Luc.2.v.1.3.5. Ioſeph. 18.A.l.1.p.516. Iornandes l.1.p.709.

Initiū Æræ Chriſtianæ. 15. Seculo beatiſſimo rerum potitur naſcente ſub eo JESU, mundi Salvatore & pacis Rege; atque pace terrâ marique partâ *Iani templum* claudit.

Sueton.c 22.p.84. Oroſius 6.22.p.543. Origenes 2. contr. Celſ. p.81. Dio l.51. p.457. Plut. de fort. Rom.p.322.

16. Menſem ſextilem à ſe *Auguſtum* appellat, quod eo Conſulatum primum inierat, & finem bellis civilibus impoſuerat.

Sueton.c.31.p.94. Macrob.1.Sat.12.p.309.

17. Imperii tutelam privigno Tiberio tradit, & Nolæ in Campaniâ non ſine ſuſpicione veneni dolo Liviæ uxoris parati moritur anno ætatis LXXV. omnium Imperatorum pace & bello feliciſſimus.

Suet.c.99.100.p.154.155 Vellejus 2.p.589.593. Tacit.1.Ann.5.

18. Superſtes divinos honores admittit, templa ſibi conſtrui patitur, & è vivis ſublatus in Deorum numerum adſumitur.

Diod.15.p.457.& l.56 p.596.& l.59.p.641. Horat.1.od.2.v.41.& 3.od.3.v.9.& od.5.v.1.& l.2. Epiſt.1.v.15. Tacit.1.Ann.10. Suet.c.52.p.113.

19. Ab

19. Ab augurio, vel, si mavis, ab auctu Urbis & Imperii cognomen *Augusti* accipit, principatusque sui sceptra 56. annis feliciter & moderate tenet.

Suet.c.7.p.71.Dio lib.53.p.506.Vellejus 2. 91.1.

3. Claudius TIBERIVS.

1. Ex Secessu Rhodio Romam reversus ab Augusto adoptatur in Filium, Collegam Imperii & Monarchiæ hæredem. A.C. 14

Sueton.c.11.p.169.

2. Versipellis callidusque simulator simulationem sibi & dominatui adhibet, primò benignus & moderatus, postea crudelis, & à morte Liviæ Matris atq; Germanici ferocior.

Dio l.57.p.598.600.603. Suet.c.24.p.181. c.27.p 183.c.30.p.185.Xiphil.p.255. Tacit. 4.Ann.1.6.24.52.71.& 6.24.

3. Imperium ab *Agrippæ*, nepotis Augusti ex filiâ Juliâ, cæde auspicatur, ut in imperio tutior sit, novumque Imperatorem nimiis honoribus prosequebantur Senatores.

Vellejus l.2.p.590.Tacit.1.Ann.6.Sueton. c.22.p.179.

4. Primâ ab infantiâ in augusti domo & Aulâ educatur ad militiæ regnique artes.

Novem annos natus Patrem defunctum pro Rostris laudavit. Doctus insigniter & eloquens, sed ingenio admodum insidioso & subdolo.

Sueton. c. 6. p. 165. c. 11. p. 169. c. 70. 71. p. 215. c. 11. p. 169. c. 53. 54. p. 202. 203. c. 57. usque ad 63.

5. Voluptati & ebrietati insanè deditus, & ob bibacitatem militari joco *Caldius Biberius Mero* dictus.

Sueton. c. 42. pag. 193. c. 43. pag. 194. c. 45. pag 195.

6. Provinciarum tutor expilationes provinciarum ferre nequit, usus probo dicto: *Boni Pastoris est tondere pecus, non deglubere.*

Sueton. c. 32. p. 187. Oros. 7. 4. p. 578.

7. Conjugiis infelix Juliam uxorem, Augusti filiam, repudiat, postea necat Vipsanicam. Agrippinam invitus deserit.

Sueton. c. 7. pag. 166. c. 11. pag. 170. Tacit. 1. Ann. 53.

8. Ab Augusto in Germaniam mittitur contra Rhætos, Vindelicos, Caninefates, Bructeros, Cheruscos. Missus etiam in Dalmatiam & Pannoniam.

Sueton. c. 9. p. 167. c. 16. p. 174. c. 18. p. 175. & in Aug. c. 20. p. 83.

9. Ger-

9. Germanicum, Drusi Fratris filium, successu rerum in Germaniâ clarissimum timens, Romam sub specie honoris revocat, aliò amandat, & veneno tollendum curat.

Sueton. in Calig. c. 1. 2. 3. 4. 5. pag. 221. 223. 224 in Tiber. c. 52. pag. 200. Tacit. 1. A. 6. & 52. num. 1. 2. & 62. & 2. 43. 8. & 4. 17. Dio l. 57. pag. 602.

10. Ælium *Sejanum* in gradu honoris eminentissimo collocatum dejicit, cujus cadaver pedibus per plateas ducitur triduoque insepultum in Tiberim abjicitur, memorabili exemplo, quàm honorum aulicorum fastigia sint periculosa.

Sueton c. 65. pag. 212. Vellejus 2. pag. 594. Valer. 9. 11. 4. Iuven. sat. 10. v. 66. Dio. l. 58. pag. 625. 626.

11. Imperii ejus anno XV. baptizatur CHRISTUS, & XVIII. patitur ignominiosam mortem crucis pro salute nostrâ, quem Pilato suadente numero Deorum adscribendum judicat.

Luc 3. 1. Tertull. Apol. c. 5. pag. 668. Oros. 7. 4. p. 578. 579.

12. Perit veneno è vivis sublatus ingenti cum gaudio populi ætatis anno 78. Regnavit annos integros viginti duos & menses septem.

Suet.

Sueton.c.73.74.p.218.Tacit.6.A.50.Dio lib. 58.pag.636.

4. *Cajus* CALIGULA.

1. A caligis militaribus ita dictus, Patris optimi Germanici degener Filius. Mater
37 Agrippina, Agrippæ Filia.

Dio l.57 p.602.Sueton.c.9.p.228.Tacit.1.69. 4.Suidas Excerpt.p.957.

2. Prodigus, gulosus, crudelis, stolidus, contumeliosus, libidinosus, superbus, incestuosus, invidus, saltator, aleator, cantor, auriga.

Suet.c.24.p.242.c.27.seqq.p.246.Tacitus.6. 9.2.& 15.72.4 Dio.59 p.637.

3. Doctorum osor & iniquus Juris consultorum censor. Salutaribus monitis Macronis, Præfecti Prætorio, refragatur eumque ad laqueum cogit.

Sueton.c 34.p.251.c.53.p.267.

4. Sorores tres germanas incestat, & stupratas relegat.

Sueton.c.36.p.253.Suid.Exc.col.858.

5. Pontem supra mare inter Bajas & Puteolos trium millium & sexcentorum fere passuum construit, & histrionicâ pompâ incedit. Ridiculam deinde expeditionem contra Oceanum Britannicum suscipit.

Suet.c.19.p.237.c.31.p.250.c.46.p.262.Dio l.59.p.650.657.Xiphil.p.252.

6. Pro Deo coli vult, victimasque sibi offerri

offerri præcipit, Deorum & Dearum habitu sibi assumto. Templo Hierosolymitano imaginem suam inferri jubet, sed obstinatê resistitur à Judæis.

Suet.c.22.p.240.c.52.p.267.Tacitus 5.H.95. Joseph.l.18.c.11.p.649.l.19.c.1.p. 652. & 2. de Bell.Iud.9 p.790. Philo Legatione ad Cajum.

7. Natus ad crudelitatem interitum urbis & exitium Reip. optat hac usus voce: *Vtinam populus Rom. unam haberet cervicem*, ut vero præsagio Tiberii dictus fuerit: *Natrix Reipublicæ.*

Suet.c.30.p.249.c.11.p.229.Dio.l.59.p.647. 661.

8. A Cassio Chærea, Cohortis Prætoriæ Tribuno, XXX. vulneribus conficitur, trucidatique carnes dentibus laceratæ.

Sueton.c.57.58.59 p.270.Tacitus 1.An.32.5. & 3.H.68.2.Ioseph.19.A.l.1.p.653.Dio.pag. 660.661.Conf.in C.n.3.p.seq.

5. CLAVDIVS Cæsar.

1. Primus à militibus Prætorianis Imperator dicitur inopinatâ electione anno ætatis quinquagesimo obscuroque protractus angulo humeris militium ad castra defertur, totus trepidans. 41

Dio l.60.pag.662.Suet.c.10.p.283.Ioseph.19. Ant.2.p.668.669.

2. Homo simplex & stultus, animo & cer-

corpore difformis, ebrietate, ſtupris & aleis infamis, ſævus & ſanguinarius, in quo verè *Claudio claudicabat* utroque pede, ſagato & togato, Reſpublica.

Sueton. c. 29. ſeqq p. 305. Tacit. 12. A 67.

3. Caji cædem, quam antea approbarat, ulciſcitur, Chæream reliquosque necis autores interimit.

Dio l. 60. pag. 664. Suet. c. 11. pag. 284. Ioſephus 19. A. 3. p. 672.

4. Infelix conjugio, *Æmilia* virgine repudiatâ; *Livia Medullinâ* ipſo die nuptiarũ amiſſa; *Plautia Herculanilla & Ælia Petinâ* ob libidinũ probra divortio miſſis; *Meſſalinâ* ob adulterium occisâ, *Agrippina*, Germanici F. filiâ, quæ maritum veneno necat.

Sueton. c. 26. p. 301. 302. c. 27 p. 303.

5. Uxoris & Libertorum Narciſſi & Pallantis conſiliis atque arbitriis paret, eorum poteſtati ſe permittens.

Dio l. 60. p. 663. Suet. c. 25 p. 301. c. 28. p. 304. c. 29. p. 305.

6. Herodem Agrippam Regem Judææ in regno per Cajum ante conceſſo confirmat; Claudium Felicem, Libertum, Judææ adminiſtrandæ præficit, coram quo S. Paulus de fide & judicio futuro diſputat.

Actor. c. 23. verſ. 26. c. 24. v. 10. 22. 25. 27. Tacit. 5. Hiſt. 9. 7. Sueton. c. 28. pag. 304. Ioſeph.

sephus 2. de B.l.12.pag.796.797.& 20.A. l.6.pag.694.

7. Exercitu in Britanniam ducto potissimam Britannorum partem vincit, Plautioque regendos mandat, unde ipsi *Britannici* cognomen factum.

Sueton.c.17.pag.291.& in Vesp.c.4.p.423. Dio.l.60.p.676.Tacit.in Agr.c.17.Cassiod. Chron.p.1340.Oros.7.6 p.587.

8. Judaicæ religionis hostis Judæos Româ expellit.

Actor.18.2.Sueton.c.25.pag.301.Oros.7.6. pag.588.

9. E Britannia reversus Romam fame graviter laborantem reperit, & de futurâ annonâ solicitum se præbet.

Act.11.28.Suet.c.18.p.292.293.Xiphil.pag. 258.Ioseph.20.A.2.p.686.

10. Portum ad Ostiam civitatem exstrui curat, aggeribus in ipso mari jactis & circumductis brachiis. Lacum Fucinum magnis laboribus in Lirim amnem educit.

Dio lib.60.pag.669.Suet.c.20.p.293.

11. Messalinâ ob adulterium occisâ Agrippinam Neronis ex Domitio Matrem, ducit, cujus dolo interit veneno in boleto accepto.

Dio

Dio lib.60.p.683.685.Suet.c.36.p.310 c.43. 44.p.315.316.Ioseph.20.A.I.7.p.693.

12. Imperavit annis XIII. mensibus VIII. diebus XX. Mortuo divini decernuntur honores, novumque Deum ridet Nero successor, dicens Claudium esu boleti medicati factum fuisse Deum. Vixit annos LXIV.

Tacit.12.A.69.4.Suet.c.33.p.347.

6. Cl. Domitius NERO.

54 1. Quinquennio primo vivit optimè, ut laudatus Princeps videretur, postea evadit omnium crudelissimus, Caligulam & Claudium malis moribus ac crudelitate superans.

Sueton.c.7.8.9.10.16.p.324.Dio lib.61. c.61.p.689.

2. Occultè primùm & sensim varia petulantiæ genera exercet; postea publicè ostendit nullum non crudelitatis & libidinis genus sibi esse notum.

Sueton.c.19.p.333.c.26.p.340.c.27.p.341. c.38.p.354.Tacit.14.A.13.

3. Lurco, scortator, mastuprator, incestator, profusor, sacrilegus, raptor, doctorum osor.

Sueton.

Sueton.c.27.28.29.pag.341.c.30.31 32.pag 343.c.56.pag.371.Dio p.690.693.706.714.719.720.

4. Malè educatus *ſub ſaltatore & tonſore* maturè Circenſibus ludis ſe oblectat, variaque ſpectaculorum edit genera. Paulò melius *ſub Seneca* edoctus Latinè & Græcè feliciter perorat.

Sueton.c.6.p.333.c.22.pag.325.c.51.p.369. Tacit.15.A.6.Dio l.61.pag.689.697.698.716.718.

5. Muſices, inprimis ejus quæ *ad citharam*, experimenta dat plurima, ejusque nomine Achaiam muſicorum agonum altricem, adit. Plauſu dein & cantu Iſthmum perfodere tentat, reverſusque in Italiam foſſam ab Averno ad oſtia usque Tiberina navigabilem perducere.

Suet.c.20.21.22.23.pag 333.c.40.pag.357.c.41.p.359.c.54.p.370.Plinius 34.18.p.483. Dio l.62.p.708.715.

6. Poſt matrem *Agrippinam*, Fratremque *Britannicum*, Uxorem *Octaviam*, Amitam *Domitiam*, & Affines interfectos; Educatorem Præceptoremque Senecam, itemque Lucanum, ad necem compellit. Ob eam tyrannidem, ut parricida, culeo dignus habitus.

Sueton. c. 33 p. 347. 34. p. 348. c. 35. pag. 350. c. 36. p. 352. c. 37. p. 353. c. 45. p. 362. Ioseph. 20. A. I. 5. p. 694. Dio p. 691. 694.

7. Romam incendit, urbemque in flammas ſurgentem ſe conſcio ſpectat è turre Mæcenatis lætus Incendiarius, culpâ translatâ in Chriſtianos.

Sueton. c. 38. pag. 355. Dio l. 62. pag. 707. 712 Tacit. 15. A. 44.

8. In Chriſtianos primus ſuppliciis ſævit, novis & inuſitatis pœnis afficit, eorumque Apoſtolos *Petrum & Paulum* occidit.

Tacit. 1. A. 15. Caſsiod. Chron. pag. 690. Tertull. Scorpiac. pag. 615. Apol. adv. gent. p. 669.

9. *Gallorum* Duce Julio Vindice & *Hiſpanorum* Duce Sergio Galba *defectionem* videt, victoriis haudquaquam clarus.

Sueton. c. 40. pag. 357. c. 42. pag. 360. & in Galba c. 9. p. 380. Dio l. 63. p. 724.

10. A Senatu & populo ad necem quæſitus prævertit nefarias ſibi manus inferens; ſicque qui Romam civili ſanguine impleverat, tandem ipſe ſanguine ſuo ſe maculat, & unà cum ſanguine imperium vivus vidensque amittit. Summâ lætitiâ celebrat urbs lethum Tyranni, quo nullus toto pejor in orbe fuit.

Suet.

Sueton.c.47.p.364.c.48.p.365.c.49.p.367. c.57.p.371.Dio lib.63.p.727.

CLASSIS II.

A SERVIO SULPITIO GALBA usque AD FLAVIUM DOMITIANUM.

1. *Servius Sulpitius GALBA.*

1. Consensu Optimatum ad fasces imperatorios vocatur ex Hispaniâ Tarraconensi, circa Narbonam urbem Gallicam ab Oratoribus Senatûs primùm exceptus. 68

Sueton.c.8.pag 379.c.10.p.381.c.11.p.382. Plut.in Galba p.1057.

2. In urbem venit annos LXXIII.natus, plebi & militibus invisus ob avaritiam, rigorem & corporis deformitatem, rem in Aulâ omnem agentibus Tito Vinio, Cornelio Lacone, & Icelo liberto.

Sueton.c.12.pag.383.c.14.pag.384.c.15.16. pag.385.386. Tacit.1.H.5.n.3.4.6. Xiphil. pag.303.

3. Insidiis Ottonis, successoris Imperii, in foro Romano à milite gregario capite truncatur, caputque ad Ottonem defertur, qui cum ludibrio circumferendum lixis & calonibus donat.

Sueton.c.19.pag.389.c.20.p.390.Dio.l.64. pag.730. Xiphil. pag.303.305. Tacit.1.Hist. 41.4.& 49.1.

4. Severitas breve ejus imperium ſeptem menſium fecit, haud vano præſagio Tiberii: *Et tu Galba quandoque* deguſtabis *imperium*; *deguſtandi* verbo breve regnum notans.

Sueton.c.4.pag.375.Tacit.6.20.3.Dio libr. 64.pag.728.

2. M. Salvius OTHO.

1. Suffragiis militaribus Imperium accipit.

69 2. Necat Galbam, ut imperio potiatur, potiens non diu poſſidet.

Dio lib.64.p.732.

3. Inconſultâ audaciâ Vitellium aggreditur, fraude circumventus exercitum perdit, imperio & vitâ ſe privat, atque ſine exequiarum pompâ Brixilli tumulatur.

Sueton.c.8.9.pag.399.400.401.Dio lib.64. pag.733.Plut.in Ottone.Ioſeph.5.B.1.8.p. 896.Xiphilinus p.307.

3. VITELLIVS.

69 1. Neronis æmulus, nullo facto notus, niſi à tyrannide, vitâ peſſimâ vitæque congruenti exitu & brevi imperio.

Tacit. 2.Hiſt.70 6.Sueton.c.11.12.13.pag. 412.in Veſpaſ.c.7.p.430.Xiphil p.309.

2. Ab

2. Ab eo exercitus deficit, & ſacramento dato Veſpaſianum ſibi eligit.

Sueton. c. 15 p. 416. & in Veſp. c. 6. p. 428.

3. Miſerrime necatur, & unco trahitur in Tiberim.

Suet. c. 16. 17. 18. p. 417. Dio l. 65. p. 744. Tacit. 3. Hiſt. 85. 7. Eutr. p. 655.

♦. 4. *Flavius VESPASIANUS*

1. Imperator mitis & clemens, affabilis & popularis, moderatè minimeque ambitiosè regnat, Regnumque fere collapſum reparat & auget, verè *Pater Patriæ* dictus. 70

Suet. c. 12. p. 433. 434. c. 13. p. 434. c. 15. pag. 435. c. 21. p. 439. c. 22. p. 440.

2. Romam veteribus incendiis ac ruinis ſub incendiario Nerone collapſam reſtaurat. *Capitolium* à Vitellio incenſum reparat. *Amphitheatrum* extruit. Templum magnificum *Paci* extruit. Antiquitatem amans monumenta varia erigit.

Suet. c. 8. 9. p. 431. c. 9. p. 432.

3. In Profeſſores munificus, quique primus Rhetoribus & Poëtis annua centena ſtipendia conſtituit.

Sueton. c. 18. p. 437.

4. In Judæâ degens Deum conſulit in monte Carmelo.

Ioseph.3. I.B.3.14.pag.851.852. & 5. c. 10. pag.895. Sueton. c. 5. pag.427. Tacit.2.H. 74.75.76.77.78. & 4.H.4.

5. Ob avaritiam & tenacitatem taxatur, & ob vectigal urinarium male audit.

Suet.c.16.p.435.& c.23.p.440.Xiphil.pag. 319.322.Eutr.p.655.

6. In Judæam rebellantem arma sumit & oppugnat, quam Titus Filius postea totam expugnat. De Judæis triumphat splendidè.

Sueton.c.4. pag.425. Iosephus 4. de B. Iudaico c.5.seq.pag.870.L6 c.24. pag.176. Xiphil.pag.318.

7. Stans erectis pedibus animoque firmo moritur anno ætatis LXIX.

Sueton.c.24.pag.441.

5. TITVS *Vespasianus*

79 1. Optimus Princeps, eloquentiâ excultus, militiâ clarus, erga omnes comis & affabilis, negans oportere quenquam à Principe tristem discedere. Dictus hinc *amor & delitium generis humani.*

Sueton.c.1.p.442.c.3. p.443.c.7. pag.447. c.8.9. pag.450. Xiphilin.pag.324. Tacit 4. H.86. Eutr.pag.655.

2. Amphitheatrum ædificat, & in dedicatio-

catione quinque millia ferarum occidit.

Sueton. c. 7. p. 447. Cassiod. p. 690. Xiphil. p. 327. Eutr. p. 655.

3. Gentem Judæorum domat ferro, flammâ, fame, Hierosolymam expugnat, solo æquat, & victoriam Deo fert acceptam.

Sueton. c. 5. p. 444. Tacit. 5. Hist. 1. Ioseph. 7. B. I. 16. p. 967. c. 24. p. 977. & passim. Xiphil. p. 318.

4. Britanniam omnem sub Julio Agricola redigit in potestatem.

Xiphil. p. 325. Tacit. Agricola c. 33. &c.

5. Febre correptus magno cum luctu Senatûs omniumque mœrore obit ætat. XLII. inter Divos relatus.

Sueton. c. 10. p. 451. Eutr. p. 810.

6. Flavius DOMITIANUS.

1. Sævus, arrogans, inexorabilis, obscænus, segnis, prodigus, timidus, suspiciosus, 81
ambitiosus, luxui & libidini deditus, Patri ac Fratri omnino dissimilis.

Sueton. c. 22. de libidine, c. 14. p. 468. 469. de timiditate; c. 10. 11. 12. pag. 462. de sævitiâ. Tacit. 4. H. 2. & 68. & in Agricola c. 41. 42. 44.

2. Consanguineos trucidat; Nobilissimos ex Senatu interficit, Tito Fratri insidias struit, Flavium patruelem interimit, ut Neronianæ sævitiæ hæres dici mereatur.

Sueton. Tit. c. 9. p. 430. & in Dom. c. 2. pag. 454. c. 15. p. 469.

3. Domitiam uxorem ob commissum adulterium repudiat, sed eam postea reducit. Neptem ex Fratre Juliam incestat.

Sueton. c. 3. pag. 455. c. 22. pag. 475. Xiphil. pag. 329. 330.

4. Magnificus & prodigus in ædificando Pantheon, Isium, Serapium, Capitolium & alia reparat. Odèum extruit, Bibliothecas restaurat.

Sueton. c. 5. pag. 457. Eutr. pag. 656. Cassiod. pag. 690.

5. Ut semper aliquid agere videretur, muscas venatur stiloque ferreo conficit, aleâ se oblectat, sagittando se ostentat.

Suet. c. 3. p. 455. c. 19. p. 474. Xiphil. p. 615.

6. Fæminas ferri tractandi inscias pugiles publicè instituit.

Sueton. c. 4. p. 455.

7. Philosophos omnes uno die, uno edicto, innoxios & inauditos urbe & Italiâ ejicit. *Suet.*

Sueton. c. 10. pag. 464. Xiphil. pag. 334.

8. Christianos persecutione acri vexat; & Johannem Evangelistam in Pathmum insulam relegat, cui tunc Apocalypsis revelata fuit.

Apoc. 1. vers. 9. Euseb. 3. Hist. Eccles. 18. pag. 37. Hieron. Catal. S. Eccles. pag. 351. Iornandes pag. 709.

9. De Dacis & Cattis duplicem agit triumphum, sed de Germanis falsum.

Sueton. c. 6. pag. 458. Tacit. Agric. 39. 2. Dio pag. 761. Xiphilin. pag. 330. 332. Entrop. pag. 656.

10. Minervam præcipuâ veneratione colit, inque ejus honorem Collegio instituto Quinquatria singulis annis celebrat, Instituit & quinquennale certamen Jovi Capitolino.

Sueton. c. 4. p. 456. 457.

11. Arrogantissimus mortalium *Dominum & Deum* se jubet appellari, statuas sibi non nisi aureas & argenteas deposcit, domum paternam in templum consecrat.

Sueton. c. 13. pag. 467. Xiphil. pag. 334. Eutr. pag. 655.

12. Universis exosus conspiratione Uxoris & Cubiculariorum septem vulne-

 ribus

ribus confoditur, & cum ingenti dedecore tumulatur. Plebs ejus nece exhilarata imagines deturbat.

Sueton.c.17.p.471.Xiphil.335.337.

CLASSIS III.

A COCCEJO NERVA AD PHILIPPUM ARABEM.

1. *Coccejus* NERVA.

96 1. Trajanum adoptat, Trajanus Adrianum, Adrianus Antoninum, nec adoptiones reperias feliciores.

Eutr.lib.8.pag.656.Spartian in Adrian.p.289.293.Dio.p.773.Xiphil.p.360.

2. Bonus & beneficus Princeps, & ab omni cæde & sævitia alienus, beneficus in orphanos & cives egenos.

Tacit.Agric.c.3.n.1.& Hist.1.1.n.5.6. Iornand.p.710.Dio.l.68.p.773.

3. Domitiani edicta abolet, sævitiam, quæ in Christianos exercebatur, abolet, & Evangelistam Johannem aliosque proscriptos revocat.

Euseb.l.3.c.21.p.38.Dio l.68.p.772.Hieron.Catal.E.S.p.352.

4. Imperium resignat, ejusque insignia *Trajano*, præteritis cognatis, tradit, qui inde *Trajanus Nerva* dictus.

Plinius Panegyr.ad Trajan.p.7.8.9.10.29.36.77.

2.Ul-

Nerua, Traianus, Adrianus, Anton.
Pertinax, Iulianus, Seuerus, Macri

2. *Vlpius* TRAIANVS

1. Primus Cæſarum peregrinus, ortu Hiſpanus & ex Hiſpaniâ excitus, comis erga Senatum, largus erga populum, bonis bonus, nec malis nimis aſper, in bene meritos gratus, litium reformator, juſtitiæ acer defenſor; hinc inter acclamationes manſit: *Felicior Auguſto, melior Trajano.* 98

Plinius dict. Panegyr. per totum. Eutro. pag. 656.

2. Munimenta ac caſtra circa Rhenum, olim ſub Druſo à Romanis conſtituta, reſtituit, nova parat, & *Germanici* titulum accipit.

Eutr. lib. 8. pag. 656. Plinius Panegyr. pag. 9. 13.

3. Doctos liberaliter fovet, Bibliothecas erigit, ſtudia neglecta reparat, ſtudioſos adoleſcentes publicè alit, *Neratii Priſci*, juris ſcientiâ conſpicui, conſiliis delectatur, eumque ſibi ſucceſſorem optat.

Plinius Paneg. pag. 39. Iuvenal. Sat. v. 1. 2. 3. Xiphil. p. 339. Spartian. c. 7. p. 289.

4. Imperio quidem utilis & neceſſarius, ſed in Chriſtianos perſecutor omnem laudem imperii optimi defœdat.

Pli-

Plin. 10. Epist. 97. 98. p. 434 435. Tertull. Apol. adv. g. c. 2. p. 665. c. 6. p. 671.

5. Parthos debellat, Dacos, Armenios, Arabes & Assyrios subigit, res maximas ad Orientem gerit, & imperii limites ad rubrum usque mare promovet. Armeniâ subactâ *Optimi* cognomen accipit.

Plinius Paneg. pag. 13. 14. 76. 77. Dio l. 68. pag. 775. 776. 781. 784. 787. Xiphil. p. 340. 341. 345. Eutrop. p. 656. Cassiod. p. 690.

6. Ex Persiâ rediens apud Seleuciam Isauriæ profluvio ventris extinguitur, mortuoque honores divinos decernit Senatus.

Spart. in Adr. p. 289. Eutrop. p. 657. Cassiod. p. 691. Dio. p. 760. Xiphil. p. 350.

3. *Ælius* ADRIANUS.

117 1. Imperator doctus & pacificus. Astrologiæ & Geographiæ studiosus, Græcæ linguæ deditus, & ob eam eruditionem *Græculus* dictus.

Xiphil. p. 352. Eutrop. l. 8. p. 656. Spart. c. 1. p. 288. c. 26. p. 293.

2. Omnes Romani populi provincias perlustrat, nihil non percontans in Galliâ, Germaniâ, Hispaniâ, Græciâ, Asiâ, Siciliâ, Africâ, Arabiâ, Ægypto.

Xiphil.

Xiphil. pag. 353. 355. Spartian. c. 11. 12. 13. pag. 290.

3. In voluptatibus Venereis nimius, erga uxorem frigidus amator, insanus amator *Antinoi* adolescentis, cui statuas passim erigi curat.

Xiphil. pag. 356. Spart. c. 14. p. 291. Victor. pag. 616. Orig. 2. contr. Cels. p. 136. 137. 138. & l. 8. pag. 395.

4. Equos & canes amavit tantopere, ut iis mortuis sepulchra constitueret. Borysthenì Equo monumentum marmoreum cum inscriptione ponit.

Xiphil. p. 356. Spart. c. 20. p. 292.

5. Primus barbam nutrit, ut tegeret vulnera.

Xiphil. in Traj. p. 344. Spart. c. 26. p. 293.

6. In Professores liberalis, in orphanos benignus, in Christianos æquanimis, in Jureconsultos propensus.

Spart. c. 14. 15. 16. 18. 20. p. 291.

7. Armeniam, Assyriam & Mesopotamiam, quas Romano Imperio Trajanus adjunxerat, Persis timidus restituit.

Eutrop. l. 8. p. 656. Spart. c. 5. p. 289.

8. Hierosolymam reædificatam à suo nomine *Æliam* appellat, & Carthaginem restauratam Adrianopolim.

Spart.

Spart.c.20.p.292. Philostorg.l.7.c.11.p.98 Vlpianus l.1.§.6.ff.de censibus.

9. Judæos, qui perpetuo tumultuabantur, ad internecionem propè delet, cæsis, ut fertur, unâ die 500000. quorum seductor fuerat Pseudo Messias Barcocab, Judæis postea dictus *Bar Cozba*, sive Filius mendacii.

Xiphil p.356.357. Spart.c.14.p.291.

10. Primus est Imperatorum, quorum Constitutiones in Justiniani Codicem translatæ supersunt.

Lib.6. Cod.tit.23. lege 3. meminitque illius Constit. Iustinianus in Iust. tit. de testam §. sed cum aliquis. In Pandectis multæ leges Constitutionum Hadriani meminerunt.

11. Magno cruciatu morbi hydropici perit in Bajis, moriensque exclamat *Multi Medici Regem sustulerunt.*

Xiphil.pag.359. Spart.c.25.26.pag.298. Victor.pag.616.

4. *ANTONINUS Pius*

138 1. Alter Numa, *Pii* cognomen accipit ob clementiam, & in Deos superstitionem.

Spart. Adr.c.24.pag.293. Xiphil.pag.361. Eutr.l.8.pag.656.

2. Pa-

2. Pacatè regnat, sine sanguine, sine cæde civili, dicens, se malle unum civem servare, quam mille hostes occidere.

Xiphil. pag. 362. Victor. pag. 616. Capitol. in Vitâ c. 9. pag. 297.

3. Uxor ejus *Faustina*, Annii Veri Filia, infausto conjugio, cujus mores liberiores tulit æquo animo, ex eâque quatuor suscipit liberos, duos masculos duasq; fœmellas, quarum junior M. Antonino Philosopho desponsatur.

Capitolinus c. 1.

4. Magnâ prudentiâ Rempublicam gerit, usus consiliis Ulpii Marcelli, Volusii, Vinidii, Veri, Salvii, Valentis, Metiani & Jaboleni.

Capitolinus cap. 12. p. 298.

5. Christianis, quibus infensus reddebatur, æquior fit lectâ Justini Apologiâ. Nec Judæis molestus est concessa iis circumcisione.

Euseb. 4. H. E. 11. 12. 13. p. 54. c. 18. p. 60.

6. Alpini casei esu avidiori mortem sibi accelerat, & à Senatu in Divorum numerum cooptatur.

Capitol. c. 13. p. 298.

5. Marcus

5. *Marcus Aurelius* ANTONIUS, *cognomento* Philoſophus.

162 1. Quod Imperator Philoſophiam libenter audiret, *Philoſophus* dictus. Inter Salios Sacerdotes educatur, ſimilis ſibi ipſi ſemper, doctrinâ ſimul & vitâ Philoſophus.

Capitol.c.4.p.299.c.16.p.362.c.19.p.302. Xiphil.p.373.

2. Venatione, pilâ, luctâ, curſu & picturâ delectatur.

Lamprid.p.310.

3. Uxoris *Fauſtinæ*, quæ fuit Fauſtinæ matris infauſta filia, mores impudicos diſſimulat, unde ex adulterio natus Commodus.

Capitol.5.7.

4. LUCIUM VERUM, Fratrem & Generum, *ſocium imperii* aſſumit, qui hinc in Jure Juſtinianeo *Divi Fratres* appellantur, & ſic primò imperium à duobus Auguſtis rectum.

Capit.c.7.p.300.c.25.p.303. & in Vero pag. 305.306. Xiphil.p.363.368.

5. Poſt mortem Veri *Avidius Caſſius*, Syriæ Præfectus, deſciſcit, imperiumque affectat.

Vulcatius, in Caſſio p.307.308.309.

6. Ejus

6. Ejus exercitus precibus *Legionis Christianæ Melitenæ* (ab insula Melite sic dictæ) servatur, Marcomannis fusis & fulminibus cælitus prostratis; unde κεραυνοβόλος seu *Fulminatrix* legio dicta. Ab hinc, qui Christianis fuerat iniquus, redditur æquior, permittens omnibus esse impune Christianis.

Dio l.71.p.811. Capitol.c 24.p.303. Tertull. Apol.adv.g.c.5.p.671. & ad scap.p.450. Xiphil.p.366.367. Lucianus Pseudom.p.571.

7. Scævolâ Jurisperito in consiliis utitur, jusque restituit, ipseque summâ curâ summaque æquitate jus dicit.

Capitol. c.11.p.301. c.24.p.303. Vict.p.616.

8. Triumphat de Parthis & Sarmatis, de Quadis & Vandalis. Germanorum auxilia contra Germanos emit, eâ ipsa arte, quâ etiam nostro tempore Germani vincuntur.

Capitol. c.13. p.301. c.17.p.302. c.21.p.303. c.27.p.304. Victor.p.616. Eutr.657.

9. Moriturus filium Commodum commendat Senatui, si dignus fuerit imperio, & post mortem pro Numine colitur.

Capitol.c.28.p.304.

6. *M. Aurelius* COMMODUS.

1. Flagitiosus, crudelis, gulosus, bibax, 180

ambitiosus, incestuosus, prodigus, ærarii raptor, optimi Patris pessima proles.

Lamprid. c.4 5 6.7. pag.310.311. Xiphil.in Anton. pag. 374. in Commodo p.370.377. 380. Spartian.in Severo.c.21.p.323. Herodianus l.1.& p.38.40.

2. Sororem Lucillam prius constupratam occidit, Senatores aliosque sine judicio interimit, ad nutum Cleandri Cubicularii itemque Perennis & Concubinarum multa patrans.

Capitol.c.5.p.311.

3. Britannos per Ulpium Marcellum, Ducem magnanimum & vigilantem, debellat.

Xiphilin.pag.375.376.377.378. Lamprid. c.8.pag.311.

4. Herculis & Mercurii habitu vestitus divinos honores poscit.

Lamprid.c.8.9.p.311.312. Xiphil.p.380.382 384. Herod.l.1.p. 45.

5. Gladiator & luctator eximius; Jaculator certissimus; Contifex & Aurigator egregius.

Lamprid. c. 11. 12. pag.312. c. 18. pag.313. Xiphilin. pag. 378. 281.382.383. Herodian. pag.42.43.44.

6. Infensus iis, quibus aut divitiæ erant, aut

aut dignitas, quosque necare constituit, nisi morte fuisset præventus; nam strangulatus à palæstrita nefariam animam efflat.

Herodian. p.47.48.49.50. Lamprid. c.17. p.313. Xiphil. p.385.387.

7. P. *Ælius* PERTINAX.

1. Ex Grammatices Professore bonus *Præfectus Vrbi*, & ex præfecturâ urbanâ melior *Imperator*. 193

Xiphil. p.386.387. Capit. c.1. p.314. c.9. p.315 c.13. p.316. Herodian. l.2. p.60.62.65.

2. Mercaturæ & agriculturæ incumbit. Sycophantarum osor; frugalitatis amator. Erga Senatum civilis & officiosus.

Capitol. c.3.

3. Uxoris *Flaviæ Titianæ* adulteria alieno amore *Cornificiæ* Concubinæ compensat.

Capitol. c.13. p.316.

4. Militibus ob parsimoniam invisus à Læto Præfecto perfidè occiditur, funusque ei apparat Severus.

Xiphil. p.397. Capitol. c.11. p.316. & in Albino c.14. p.329. Herod. p.69.70. Zosimus l.1. p.330.

8. DIDIUS Iulianus.

193 1. Insubribus ortus emto principatu inglorius, circa imperium indiligens populo & Senatui invisus.

Herodian. lib 2. pag 72. seqq. Xiphil. p. 391. 393. Spart. c. 4. p. 317. Zosimus p. 330.

2. Pronepos Salvii Juliani, Jureconsulti illius eminentis, quem *sublimissimum Legum & Edicti perpetui conditorem* appellat Justinianus.

L. 2. C. de Vet. Iur. enucl. L. si quis 10. C. de condict. indeb. L. int. antiquam C. de Usuf.

3. Imperium intra secundum mensem amittit, jussu Severi à gregario milite peremtus.

Xiphil. p. 395. Spart. c. 8. p. 318.

9. Septimius SEVERUS.

139 1. Astrologiæ nimium deditus ex genethliacorum scientiâ Juliam ignobilem & adulterio famosam ducit, ex quâ suscepit filium Getam.

Spart. c. 18 p. 322. Victor. p. 618.

2. Britannos movet, 3000 ɔ. profligat, murumq; per transversam Insulam ducit.

Herodian. l. 3. p. 145. 146. Spartian. c. 18. p. 322. Xiphil. p. 421. 422.

3. Pescennium Nigrum & Clodium Albi-

Albinum, regnum sibi asserentes, præliis aliquot intra triennium confectis è medio tollit. *Nigri* caput amputatum Byzantii affigitur cruci, pariterque *Albino* præcisum caput Romæ patibulo affigitur & cadaver in Rhodanum abjicitur.

*Herodian.l.*3.*p.*144.*ad* 127.*Spartian.c.*6.*pag.* 320.*c.*9.10.11.12.*pag.* 302. 322. *& in Pescennio p.*324.*seq.Xiphilin.p.*398.399.400.408. *Zosimus p.*331.

4. Septimium Plautianum ex tenui loco evehit ad summum honoris & potentiæ gradum, ejus consiliis omnia agit, filiam ejus jungit filio Bassiano; sed verso tandem animo trucidari jubet in Palatio.

Herodian. lib. 3.*p.*134.135.136.142.*Xiphilin. p* 413.*Spart.c.*14.*p.*321.

5. Instinctu Plautiani persecutionem contra Christianos permittit, occasione datâ à milite Christiano, liberius religionem profitente.

*Spartian.c.*17.*pag.*322. *Euseb.*6.*H.E.*1.2.3. *p.*86.87.88.

6. Benevolentiâ singulari complectitur *Æmilium Papinianum*, Prætorio Præfectum, summæ autoritatis Jureconsultum omniumq; consensu Coryphæum, ex cu-

jus Scholâ multi Jurisperiti prodierunt, quemque ſuis Filiis Magiſtrum ac Tutorem reliquit.

Lampridius. Alexand. c. 6. 8. p. 355. Zoſimus lib. 1. p. 637. Spartian. Septim. c. 21. p. 323. Xiphil. p. [illegible]1.

7. Ex Byzantio capto & diruto lætus exclamat: *Tandem & Byzantium cepimus.* Ipſi civitati libertatem & jura demit, bona civium publicat, urbem & agrum Perinthiis concedit.

Xiphil. pag. 401. 402. 403. 404. 407. Suidas p. 869.

8. Severi nomen ob ſeveram & perduram militaris diſciplinæ exactionem accipit; & ſeverâ arthritide conſumtus moritur Eboraci in Britanniâ.

Xiphil. p. 424. 425. Spart. c. 19. pag. 322. c. 23. 24. p. 323. Herodian. p. 149. 152. 154. 156. 157. Eutr. 657.

10. *Antoninus Baſſianus* CARACALLA.

211 1. Ob formæ elegantiam Imperator eligitur, aſper & ſævus, ſuperbus, inceſtuoſus.

Spart. in Severo c. 20. pag. 322. c. 21. p. 323. Herodian. l. 4. p. 158. 163.

2. Prius

2. Prius doctus, Doctorum postea hostis & Aristotelis osor.

Spart.c.1.p.329. Xiphil.p.429.430.

3. Clodiam Vestalem vitiat. Cum matre Julia concumbit, quæ dixerat: *Si libet, licet*, eamque uxorem ducit.

*Eutr.pag.658.Xiphil.p.432.Spart.in Sev. c.21.p.223,& in Carac.c.10.pag.331. Herodian.*p.167.

4. Fratrem Getam *Divum* appellat, & in sinu matris confodit, crudelitateque magnâ Fratris amicos persequitur. Æmylium Papinianum, parricidii improbatorem, securi ferit.

*Xiphil.p.426.427.431. Vict.*p.*618. Spart. c.2.*p *329.330.& in Geta c. 6.p.333. Herod. p.161.162.166.244. Zosimus* p.332.333.

5. Sævit *in Alexandrinos* magnis cædibus, quod illum per dicterium Oedipum, Juliam verò Jocastàm nominassent. Sævit *in Medicos aulicos*, quod noluissent accelerare mortem Patris; & in *Præceptorem* quoque suum,

*Xiphil.*p.*435.Spart.c.6.pag.330 Herodian. pag.173.174.175.*

6. Spe conjugii & pacis Parthos fraudulenter cædit.

Xiphil.p.433.435.Herod.p.176.177.178.

 7. Alexan-

7. Alexandri Magni simia in vestitu.

Herod p.170. Spart. c.2. p.329. Xiphil. p.428.

8. In cloaca sedens confoditur à Martiali, verè cloaca Diaboli.

Herod. l.4. p.184.185. Xiphil. p.437.

11. M. Opilius MACRINUS.

217 1. Ex vili & variâ fortunâ ascendit ad Imperium, delitiosus, superbus & sanguinarius.

Herod. p.187.198.199. Xiphil. p.440. Capit. c.12.133. p.335.

2. Victus à Parthis pacem turpiter multis millibus redimit.

Xiphil. p.441. Capitol. c.1. p.133. c.8 p.335. Herod. p.190.191.192.

3. A militibus desertus interficitur, eâdem perfidiâ à suis destitutus, quâ ipse miles fuit in suum Cæsarem.

Xiphil. p.443. Capit. c.14. p.336. Herod. pag. 208. Zosim. p.333.

12. M. Aurelius Antoninus
HELIOGABALUS.

218 1. Heliogabalus dictus à Sacerdotio Dei Heliogabali. *Varius*, quod vario semine è scorto genitus, stupro Antonini, unde *Antoninum* se dicit.

Lam-

Lampridius c.1.2.p.338. Capitol. in Macrino c.7.p.334. Herod.l.5.p.20. Vict.618.

2. Astu & consilio Matris Imperator à militibus creatur.

Herodian.l.5.p.202.203.

3. Imperium orditur à nefandis stupris & infandis libidinibus, nequissimus imperator & alter Sardanapalus. Virginem Vestalem ducit uxorem.

Lamprid. c.5.6.8.9.p.339.c.11.p.340.c.19.20.p.341.c.26.pag.342.c.33.pag.344.Herodian.p.113.

4. Impuros & flagitiosos homines, item aurigas & histriones, facit Legatos, Consules, Duces.

Lamp.c.6.p.339.c.11.12.p.340.c 20.p.341.

5. Prodigalitate stolidâ ærarium exhaurit, usus mensis argenteis, auratis & gemmatis vehiculis, cacabis aureis, calceamentis gemmeis.

Lamprid.c.19.p 341.c.23.24.p.342.

6. Luxu prodigioso convivia varia instruit, ministrantibus ante mensam nudis puellis. In lucernis ballamum, in tricliniis crocum exhibet.

Lamprid.d.c.

7. In convivium simul convocatis octo calvis, octo luscis, octo podagrosis, o-

cto ſurdis, octo inſigniter nigris, octo inſigniter longis, octo notabiliter obæſis, octo naſutis, petulantiam ingenii oſtendit, veluti græcorum proverbium ἄπαντ' ὀκτὼ obſervaturus.

Lamprid. c. 29 p. 343.

8. Propoſito præmio jubet ſibi comparari millena pondo aranearum, ſibique decem millia pondo aranearum colligit, ut inde oſtenderet magnitudinem urbis Romæ.

Lamprid. c. 26. p. 342.

9. Vir muliere corruptior *Senatum mulierem* in colle Quirinali inſtituit, ſub muliebri habitu inter puellas deliteſcit, in balneis cum mulieribus lavat, & muliebri nomine *Baſſianam* pro Baſſiano ſe appellari jubet, & ut alter Tireſias utrumque ſexum expertus muliebrem pronunciat ſuaviorem.

Lamprid. c. 4. p. 338 339.

10. Cybelem & Bacchum nominari ſe jubet, pro Deo coli vult.

Lamprid. c. 28 p. 343.

11. Ridiculas & monſtroſas cænas Paraſitis apparat, exhibens cereos, ligneos, eburneos, fictiles & marmoreos cibos, vaſa ranis & ſerpentibus repleta.

12A.

12. A Prætorianis obtruncatur, per cloacas ducitur, in Tiberim cadaver alligato ſaxo projicitur, hinc per contemtum *Tiberinus* dictus, & militum acclamatione *indomitæ & rabidæ libidinis catulus.* Verè prodigium hominis & merum opprobrium Imperatorum turpiter vixit, turpius mortuus eſt.

Lamprid.c.17.p.341.c.33.pag.344.Herod. p.222.

13. *Alexander SEVERUS.*

1. Imperator juſtus & æquus, doctus & diſertus, militaris diſciplinæ ſeverus obſervator, unde & ei nomen. 222

Lamprid.c.3.p.345.c.12.p.346.c.25.p.348. c.30.31.p.349.c.35.p.350.c.44.p.351.

2. Verè *Mammæus* à ſtudio in matrem Mammæam, ex cujus arbitrio & conſilio multa adminiſtrat infeliciter & cum proprio exitio.

Herod.p.226.227.239.252.Lamprid.c.14. p.346.c.20.p.347.

3. Magno honore *Domitium Vlpianum*, clariſſimum Juris conſultum Papiniique ſtudioſiſſimũ, proſequitur, adeò ut *Amici*, imò *Parentis* titulo dignatus fuerit. Nominis famâ etiam ſub eodem Alexandro claruerunt

ruerunt *Iulius Paulus*, *Callistratus*, *Hermogenianus*, *Sextus Pomponius*, *Herennius*, *Modestinus*, *Æmilius Macer*, *Licinius Rufinus* ex quorum libris multæ leges in Jure sunt decerptæ.

L.4.C.de locato conducto. Vid. Iac. Labittus in Indicibus Iuris à p.*21. ad 430.*

4. Ex his Julium Paulum, Ulpianum, Modestinum, in consilii habet, eorumque hortatu utiles leges condidit. Prima ejus in Codice Constituto est L.2. de Pignorat. actione.

Lamp. c. 15. 16. p. *347. c.26.*p.*348.c.34.*p. *350.c.51.*p.*353.c.68.355.Zosimus* p.*334.*

5. Christum Servatorem in suo Larario coluisse dicitur, Christianis nihilominus Ulpianus, ejus Jureconsultus, manet iniquus.

*Lamprid.c.22.*p.*347.c.29.*p.*349.c.40.*p.*351 c.49.*p.*352.c.51.*p.*357.Eutr.*p.*658.*

6. Artaxerxem, Regem Persarum, invadit, ut Mesopotamiam à consobrino Heliogabalo deperditam recuperet, sed redit à Persia triplici exercitu valde attrito.

Herodian. p. *227. ad 241. Victor.* p. *618. Eutr.*p.*658.*

7. E Perside rediens Germanos, Rhenum

numDanubiumque hostiliter transgressos datâ pecuniâ pacat, nolens bello periclitari.

Herod.p.243.seqq.Lamprid.c.59.61.p.354.

8. Lavacra virorum & fæminarum promiscua submovet.

Lamprid.c.24.p.348.

9. Ineptiarum aulicarum censor nanos & nanas, moriones, histriones, mimos, scurras, joculatores, nugatores, aretalogos aulâ ejicit.

Lamprid.c.34.p.349.

10. Thurinum Verconium fumos vendentem fumo necat.

Lamprid.c.36.p.350.

11. In expeditione Germanicâ unà cum Mammæâ matre prope Moguntiacum nefariè occiditur dolo Maximini.

Lamprid.c.60.pag.354.c.63.p.355.Herod.p.251.Zosimus p.336.Capit.in Maxim.c.7.p 357.Caßiod.p.695.

14. Iulius MAXIMINVS Thrax. 235

1. Thrax ortu, homo trux, barbarus genere ac moribus, maximus in crudelitate, corporis robore stupendus, Phalaris Romanorum.

Herodian.l.7.p.253.258.261.262.263.Capitol.c.1.2.p.356.c.6.8.p.357.

2. Ex

2. Ex opilione miles, & militum favore Imperator sine Senatûs decreto.

Herodian. in Alexand. p. 246. 247. Eutr. p. 658. Vict. p. 618.

3. Conscius ignobilitatis suæ Nobilem nullum circa se patitur.

Capitol. c. 9. p. 357.

4. Edax & bibax, vini amphoram capitolinam ebibit uno quandoque die, comestis libris carnis 40. aut etiam 60. voracitate stupendâ.

Capitol. c. 4. p. 356.

5. Filium cognominem *Iulium Verum Maximum* Collegam imperii assumit, juvenem superbiæ immensæ.

Capitol. c. 8. p. 357. & in Maxim. jun.

6. In Christianos tyrannidem exercet, inter quos Christianæ religionis confessores sublati Lucianus, Antiochenus Presbyter; Pamphilus, Presbyter Laodicenus; Protoctetus, Ecclesiæ Cæsariensis Presbyter.

Euseb. 6. H. E. 28. p. 98. Suidas. p. 873.

7. Germaniam trans-Rhenanam vastat, de spoliis & incendiis gloriatur, seq; victorem Germaniæ venditat.

Cap. c. 11. 12. 13. p. 358. Herod. p. 258.

8. A Militibus cum Filio necatur apud Aquile-

Aquilejam, capiteque Romam misso reliquum corpus in profluentem projicitur, exsultante populo.

Capit.c.23.p.360. & in Balbin.c.11.p.370. Herodian.p.311 313. Eutr.p.658. Zosimus lib.1.p.640.

15. *M.Antonius* GORDIANUS.

1. Octogenarius eligitur contra Maximinum Imperator, & imperium invitus suscipit. 236

Capitol.in Max.c.13.14.15.16.p.358. & in Gordianis c.8.9.11.p.363.

2. Nuntio filii Gordiani, à Maximini Duce Capeliano occisi, perculsus seipsum laqueo suffocat, miseramque animam indignè evocat.

Capit.Max.c.19.pag.359. & in Gord.c.15.16.p.364. Vict.p.619.

16. *Clodius* BALBINUS *& Maximus* PUPIENUS.

1. Senatus consulto contra Maximinum unà cum nepote Gordiani Imperatores eliguntur.

Capitol.in Maxim.c. 20.p.359 c.24.p.360. & in Gordianis c.10.p.363 c.12.p.365.

2. Ambo à militibus interficiuntur, indigno factis exitu.

Cap.

Capit.c.13.14.p.370.Herod.p.321.Eutr.l.9 pag.658.

17. GORDIANUS Iunior.

238 1. Duobus Gordianis in Africa,& duobus Regni Competitoribus sublatis,regnat solus, optimæ indolis adolescens.

Capitol. Gord.c.31.p.367.& Balb.c.3.pag. 368.Herod.l.8.p.321.

2. Magnis copiis contra Persas tendit. Saporem coercet, Carras, Nisibin aliaque oppida recipit.

Capitol.c.23.p.366.Eutr.l.9.p.658.Victor. pag.619.

3. Philippi Arabis,Præfecti Prætorio, insidiis perimitur,& novem illi, à quibus fuit peremtus, suis gladiis perierunt.

Capitol.c.30.31.pag.367.c.33.pag.368.Eutr. pag. 658. Iornandes l. 1.pag.710. Cassiod. pag.695.

CLASSIS IV.

A PHILIPPO usque AD CONSTANTINUM MAGNUM.

1. Iulius PHILIPPUS Arabs.

244 1. Obscuris parentibus ortus per seditionem & calliditatem imperium arripit.

Capitol.in Gord.c.29.30 31.p.367.Zosim. l.1.p.641.

2.Ludos

2. Ludos seculares cùm urbis millesimum natalem exegisset, celebrat magnificentissimè, ubi per incuriam lychnorum nocturnorum magna urbis pars conflagrat.

Capit.c.33. pag.367.Vict. p.619.631.Eutr. p.658.Cassiod.p.695.

3. Decium Pannonium adversus Scythas mittit, qui pluribus præliis superatus infectâ re Romam redit.

4. Unà cum Filio prope Veronam à Satellitibus crudeliter neci datur.

Victor.p.619.

2. *Q. Trajanus* DECIUS.

1. Panno gente, mente Tyrannus, in imperii consortium Filium adsciscit. 251

Zosim.l.2.p.643.Vict p.631.

2. Christianos funestis cladibus vexat, Romæ Fabianum, Hierosolymis Alexandrum, Antiochiæ Babylam, Episcopos interficit.

Iornandes l.1. pag 710 Euseb.6.39.p.100.c. 41.p.101.102.Suidas p.873.Photii Biblioth. p.761.

3. Cum Filio Decio & exercitu Gothis à Treboniano Duce suo proditur, in paludem præcipitatus miserè perit, & Filius sagittâ trajicitur.

Zosim.p.643.Cassiod.pag.695.Vict.p.619. Amm.Marc.lib.37.

3. VIBIVS Trebonianus.

252 1. Suffragio militum Imperator salutatus in consortium imperii adſciſcit Filium Volusianum.

Vict.

2. In Christianos persecutionem continuat, & edicta contra Viros sanctos promulgat.

Euseb.7.1.p.107.

3. Pacem à Scythis redimens Romam redit, alterum è filiis Decii adoptat, negligenter imperium administrat.

Zosimus l.1.p.644.

4. Ab Æmiliano vincitur, & unà cum Filio propè Interamnum Italiæ civitatem à proprio milite interficitur.

Eutr.p.658.Zosim.p.645.

Iulius ÆMILIANVS.

1. Legionum Pannoniæ Dux Scythas, cum quibus ignominiosum percusserat fœdus Decius, gloriosè devincit.

Zosimus in Gallo.

2. A militibus pecuniâ corruptis eligitur, & Imperio paucis mensibus usus ab iisdem occiditur.

Zosimus.

4.P.

4. *P. Licinius VALERIANVS.*

1. Initio Christianorum fautor, postea persecutor à Mago quodam Ægyptio persuasus, sub quo Cyprianus & Lentulus martyrii coronam acceperunt. 253

Euseb. 7. 10. p. 10. p. 109. c. 12. p. 111.

2. Imperium contra Scytharum & Marcomannorum varias incursiones tueri nequit.

Zosimus p. 646. 647. 648. 649. 650.

3. A Sapore, Persarum Rege, victus & captus Regi prandenti aut equum ascendenti fœdâ servitute servit, pro scabello septuagenarius, & tandem vivus detractâ pelle excarnificatur.

Trebell. in Valer. c. 3. 4. 5. p. 372. & Gallien. c. 9. 10. p. 375. c. 16. pag. 376. & in XXX. Tyran. p. 380. Zosimus p. 650. Vict. p. 619. 632. Eutr. p. 658. Cassiod. p. 695.

5. *P. Licinius GALLIENVS.*

1. A Patre Augustus factus initio imperii laudabiliter se gerit, mox ex ignaviâ, luxuriâ & ferociâ imperio valdè nocivus.

Trebell. c. 3. pag. 373. & in 30. Tyr. num. 25. 28. pag. 383. Victorin. 620. Eutrop. pag. 658.

2. Provinciarum defectiones æquo fert animo, & imperii vastationem vilipendit.

Trebell. c. 4. 6. p. 374. c. 9. pag. 375. c. 16. 17. pag. 376. Iornand. p. 711.

3. Ecclesiis Christianis, quas prius persequebatur, pacem reddit.

Euseb. l. 7. c. 13. p. 112.

4. Deses & securus domi dum sedet, *triginta Duces*, qui *Tyranni* dicuntur, imperium usurpant diversis orbis partibus.

Trebell. c. 16. p. 376. & in XXX. Tyr. p. 377. Vict. p. 620.

5. Vario eventu cum Scythis pugnat.

Trebel. c. 7. p. 374. c. 11. 12. 13. p. 375. Zosim. pag. 650.

6. Ad Mediolanum occiditur cum Fratre Valeriano à Cecropio Dalmata.

Vict. p. 620 632. Zosim. p. 652.

6. Flavius CLAVDIVS.

267 1. Dalmatiâ ortus Imperator comprobatur imperio utilis, frugi ac moderatus.

Trebel. in Galbo c. 14. 15. p. 376. in Claudio c. 1. 2. 3. p. 385. c. 13. p. 387. Iulianus in Cæsar. p. 837.

2. Aureolo Tyranno sublato Scythas, Sar-

Sarmatas, Quados, Ægyptios, Gothos, diversis præliis fortiter vincit.

Trebel.c.5.6.7.8.9.pag.386. Eutr. pag.659. Iornand.711. Zosim.p.654.

3. Sirmiæ in Ungariâ ex morbo decedit,& statuâ aureâ honoratur Romæ in Capitolio.

Vict.p.632.

4. Quintillus, Frater illius, Imperium accipiens post dies 16. obtruncatur à militibus, à quibus jam fuerat electus Aurelianus.

Trebel.c.12.pag.387. Eutr. p.659. Cassiod. pag.695.

7. *L. Domitius AVRELIANVS.* 269

1. E Daciâ obscuro genere prognatus consensu Legionum Cæsaream coronam gestat.

Vopisc. Aurel.c.3.4.p.389.c.16.p.391.

2. Magnâ in bellis felicitate vincit Francos prope Moguntiam; Marcomannos domat, Bojos reprimit.

Vopisc. c.7.p.389 c.18.19.p.391. Vict.p.621. Zosim.p.655.

3. Zenobiam, Palmyrenorum Reginam, magnæ virtutis fæminam post decennale bellum magnâ strage vincit, & in triumphum ducit.

Trebell.in 30. Tyr. n. 29 pag 383. Vopisc. in Aurel. c. 22. seqq. pag. 392. 393. Eutrop. pag. 659. Iornand. pag. 711. Zosim. pag. 656. 657. 658. 659.

4. Canabium, Gothorum Regem, ad ripam Danubii magno prælio vincit, abducitque eâ ex pugnâ decem mulieres in triumphum, quæ virili habitu acerrimè pugnârant.

Vopisc. c. 22. p. 392.

5. Obit Zenophrii in Græciâ Scribæ sui nefariâ manu interfectus, iter faciens inter Byzantium & Heracleam.

Vopisc. c. 35. 36. p. 294. Vict. p. 621. Eutr. pag. 659. Zosim. p 662.

8. *Claudius* TACITUS.

276 1. Imperialem dignitatem à Senatu oblatam aversatur, & invitus eligitur.

Vopisc. Aurel. c. 41. p. 395. Tacit. c. 3 4. 5. 6. 7. & p. 397. 398.

2. Post sex mensium imperium à militibus occiditur, & posteà etiam Florianus Frater, bimestris Imperator, qui sibi imperium, ut hæreditarium, popoſcerat.

Vopisc. cap. 13. pag. 399. & in Prob. cap. 10. pag. 402. Victor. pag. 621. Zosim. pag. 662. 663.

9. M.

9. M. Aurelius PROBVS.

1. Dalmata gente militaribus suffragiis ad Principatum extollitur invitus. 277

Vopisc. Prob. c. 10. p. 402.

2. Princeps verè probus, fortis & bellicosus.

Vopisc. in Floriano c. 3. p. 399. Iulianus in Cæsarib. p. 837.

3. Alemannos domat & supplices habet; Francos Galliam invadentes repellit. Illyricum recipit.

Vopisc. c. 13. 34 16. pag. 403. Eutr. p. 659 Zosim p. 664. 665.

4 Saturninum Proculum & Bonosum, regni affectatores, Coloniæ interficit.

Vopisc. c. 18. pag. 403. & in Proc. ac. Bon p. 407. Vict. p. 621. Zosim. p. 663.

5. Ad Sirmium in Unganâ manu proditoriâ occiditur.

Vopisc. c. 20. p. 404. & in Caro c. 1. pag. 408. Eutr. p 659. Cassiod. p 694.

10. Aur. CARVS.

1. Nomine & re Carus, vitâ integer, morum amabilitate acceptus. 282

2. A Persis victoriam reportat. Sarmatas victoriâ insigni reprimit.

Vict. p. 621. Eutr. p. 659. Cassiod. p. 694.

3. Filios Carinum & Numerium regni consortes facit, cùm bellum Persicum consensu militum aggrederetur.

Eutr.p.659.

4. Subactâ Mesopotamiâ ad Tigrim usque progressus fulminis ictu tactus perit, & Numerianus Apri Soceri insidiis opprimitur. Carinus aliquamdiu superstes, improbus & sceleratus, in castris peremtus obit.

Vict.p.621.Eutr.659,Iornan.p.711,Suidas pag.874.

11. Valerius DIOCLETIANUS.

284 1. Diocles prius dictus *Diocletianus* mavult dicier, & ex superbiâ Jovianus. Originis obscuræ, Scribæ Filius, natione Dalmata.

Eutrop.l 9 p.659.

2. Ab initio regiminis cùm imperii molem majorem prævideret quàm ut unius humeris sustineri posset, Coimperatorem sibi adsciscit Maximianum, qui se ab Hercule *Herculium* dixit, ingenii incivilis hominem. Hi rursus suum uterque Concæsarem, alter *Constantium* Constantini Magni Patrem, alter *Galerium*, quos novis conjugiis sibi firmant.

Eutr.p.660.

3. Impe-

3. Imperium cum Maximiano, itidem Dalmata, communicatū admirabili concordia & felicitate unà & gerit & deponit.

Iulianus in Cæsar.p.838.Eutr.p.660.

4. Magnificus in structuris, parcus in ludis scenicis & Circensibus, in vestitu sumtuosus.

Eutr.p.660.

5. Bellum infert Sarmatis, Sarracenis & Persis.

Eutr.pag.659.Mamert.Panegyr.ad Max. pag. 238.242,244. & in Geneth. p. 280. 281.282.

6. Gothos repellit, contra Quados & Marcomannos pugnat, imperiique limitibus milite copioso castellisque munitis prospexit.

Eutr.p.660.Zosim.p.689.

7. Ægyptum sub Achille Tyranno rebellantem adit, Busirin, Copton & Alexandriam expugnat, cædibus & proscriptionibus rebelles in ordinem redigit.

Hist.misc.10.42. Vict.p.622. Eutr.p.660. Suidas p.874.Oros.7.25.p.624.

8. Romam veniens Thermas splendidè condit, insignique pompâ triumphat.

Photius ex Olympiod.p.114.

9. Laudem Imperii bene gestis maculat

Christianorum persecutione sæva, eorum templa evertit, libros exurit, & ultra 17000 Christianorum occidit.

Euseb. l.8. à c.3. usque ad 14. p.125. Oros. 7. 25. p.626. c.26. p.629.

10. Parastata Maximiano rusticos in Galliâ tumultuantes, qui Bagaudas nominabant, delet; Alemannos, Herulos & Francos compescit, Britannam invadentes expellit; in Africam tendit.

Oros. 7. 25. pag. 628. Victor. pag. 622. Eutr. pag. 659.

11. GALLERIUM sibi successorem destinat, & Valeriam filiam elocat, sub quo Illyricum tuetur, Sarmatas & Carpos vincit. Narsi Persarum Regi resistit variaque cum eo fortunâ pugnat.

Vict. p. 622. Oros. 7. 15. p. 625.

12. Depositis imperii insignibus præfert vitam privatam imperio, in privatis agris & villis contentus otio rustico. Ejus exemplum sequitur *Maximianus*, qui tradit fasces imperiales non Maxentio, quem filium habebat, sed imperii caritatem paterno amori præferens *Constantio Chloro*, privignæ suæ marito. Dum resumere cogitat imperii fasces, occiditur Maximianus.

Zosim.

Zosim.l.2.p.671.673.Vict.p.632.Eutr.pag.660 Cassiod.p.694.Suid.p 875.

13. Pacato orbe Romano Diocletianus victoriis insolens se ut Deum adorari jubet, sibi pedes osculari, qui etiam post mortem veneno sibi illatam inter Divos refertur.

Vict.pag.622.Cassiod.p.694.Iornand.pag.711.Eutr.p.660.

12. CONSTANTINUS Chlorus.

1. Turbato Reipublicæ regimine partitur imperium cum Galerio, quod interturbant Maxentius, Severus, Licinius, Maximinus junior. 293

Eutrop. lib. 10. pag 660.661. Zosimus lib.2. pag 674.

2. Explorat fidem Aulicorum suorum aulaque expellit Apostatas.

Euseb. de Vitâ Const.c.11.12.p.164.

3. Mari celebris victor contra nobilem Piratam Allectum, Carusii interfectorem, Britannii imperii raptorem.

Eutr.p.659. 660. Oros. 7.25.p.624.

4. Eboraci in Angliâ placidè obit, anno Imperii XIII, cui interfuit morienti Constantinus Filius & Imperium ejus accipit.

Eutr.p.660. Zosim. l.2.p.672. Philostorgius 1. Hist. Eccl.5.p.5.

13. MAXEN.

13. MAXENTIUS.

306 1. Romæ à Prætorianis fit Imperator contra Severum, quem Italiæ tunc Dominum à Patre constitutum vincit.

Eutr.l.10.p.660. Zosim.l.2. p.672. Oros.7. 28.p.636.

2. Persecutionem in Christianos exercet.
Euseb. 8.H.E.14.pag.132.c.15.16.17.pag. 133.134 135.

3. Tyrannide utitur in Romanos, qui auxilium Constantini implorant, & impetrant læto eventu, profligato in Italiâ Tyranno.

Eutr.p.661.

4. Victus à Constantino propriis perit insidiis, in Tiberim lapsus mergitur, cæsique caput jucundum populo præbet spectaculum.

Vict.p.623.Zosim.l.2.p.676.67.

Periodus II.

Cæsarum Constantinopoli sive in Oriente, à Constantino Magno ad Constantinum Irenes & Carolum Magnum, Imperii sedem figentium.

1. A Constantino Magno ad Carolum Magnum Occidentali imperio per alienos subinde

nos subinde insessores infestato imperatoria sedes manet *Byzantium*, ibique summa imperii potestas in Oriente tutiori exercetur loco. Hinc Imperium dividi cæptum in Orientale & Occidentale.

2. Sedes Byzantium sive Constantinopolin translata ademit Romanæ urbi multum splendoris & dignitatis. Secutæ inde clades multæ, aliæ post alias. Gothi, Hunni, Longobardi Italiam fœda populatione vastant.

3. De rerum summâ invicem contendentibus Imperatoribus *Vandali & Gothi* in gremio Imperii nidum quærunt, miserè distracto inter se terrarum orbis imperio, & modò Occidente turbato, modò Oriente. Imperium interdum à duobus, interdum à tribus Augustis administratum.

4. Italia per Præfectos, quos *Exarchos* vocitabant, sub quibusdam Imperatoribus administrata, donec Longobardi Exarchatum in se transferrent.

9. Christiani hactenus sub tyrannide Maxentii, Diocletiani & aliorum Imperatorum Ethnicorum miserrimè vexati post tot exantlatas miserias quasi portum quendam in Constantini nomine vident.

CLAS-

no Concilio contra Arianam hæresim coacto.

Oros. 7.28. p.638.639.

6. Quatuor ei Filii, *Crispus, Constantinus, Constantius, Constans.* Crispum supplicio afficit ex accusatione iniqua & falsâ criminatione Faustæ Novercæ.

Oros.p.639. Zosim.2.pag.685. Philost.2.4. p.10. Niceph.16.42.p.1051.

7. Licinio sororem Constantiam dat, quem deinde infensum hostem habet sed infelicem; cum enim Christianos immaniter vexaret, bello opprimit, quamvis affinem, quamvis confæderatum.

Oros. 7.28 p.638. Eutr. 10. p.661.

8. De *Maxentio*, Imperii invasore, triumphat, postquam gesserat bellum biennale.

Vict. p.623. Oros. 7.28. p.637. Eutr. p.661. Zosim.2.p.675.

9. Bella feliciter suscipit ac finit, debellans *Scythas* per Gallicanum, *Gothos* Thraciam populantes, *Sarmatas*, quorum Ducem catenatum abducit.

Oros p.639. Eutr. lib.10.p.661.

10. Duos Francorum Reges captos bestiis objicit, insigni ferocis animi in hostes argumento.

11. Constantinopolin à nomine suo appellatam alteram sedem Imperii facit, urbem

urbem ædificiis, portubus & navalibus summâ curâ instruens.

Oros.p.639.Philost.2.Hist.E.9.p.15.Socrat. 1.H.2.f.23.

12. Constantinopolitanam Ecclesiam evehit ad Metropolitanam. Romanæ Ecclesiæ Episcopo Sylvestro II. amplas Italiæ terras non concessit.

Sozom.7.9.p.675.

13. Lege latâ sancit, ne quis amplius crucis supplicio in honorem crucis Christi puniretur.

Sozom. 1.H.E.8.pag.549.Nicephor.7.46. pag.347.

14. Imperio inter Filios tres diviso moritur, & magnificè tumulatur in atrio & vestibulo Templi Apostolorum.

Philost.3.2.p.24.Eutr.p.661.

2. Triga Fratrum Augustorum,

1. CONSTANTINUS *II.*

337 1. Cum Fratribus duobus, *Constante & Constantio*, socios gerit imperii fasces, & dividit imperium, eo obtinente Galliam, Hispaniam & Britanniam; *Constante* Italiam, Africam, Illyricum, Græciam; *Constantio* Thraciam, Asiam, Ægyptum & Orientem.

Eunap.

Eunap.p.40.Zosim.2.p.691.

2. Natu major non contentus sorte Imperii, bellum Constanti infert, & in acie multis prostratus ictibus in Asiam profluentem propè Aquile jam projicitur, imperii triennio nondum finito.

Eutr.p.661.Socr.2.3 f.42. Cassiod. p.695. Zosim.2.p.692.

2. CONSTANS.

1. Francos Galliam populantes, gravi prælio vincit, pacemque petentibus concedit.

Ammian.l.3.

2. Pius Princeps defensorque Orthodoxorum contra Fratrem, cui mittit literas de restituendo Paulo & Athanasio.

Athanas. Apot. ad Const. pag. 525. 528 Epist. ad Solit. pag. 525. 640. Philost 3. 12. pag.45.Socr.2.18.

3. Seditione à Magnentio concitatâ perit gladio Gaisonis, obitumque defleverunt amare Orthodoxi.

Philost.3.22.pag.55.& 26.p.59. Athanas. Apol.ad Constantium.Zosimus 2.p.692.

3 CONSTANTIUS.

1. *Magnentius* interfecto per Gaisonem Constante imperium arripit, quem

Constantius ſuperat memorabili ad Murſam prælio, iterumque in Galliâ victum ad necem adigit. Imperii ſumma *Veteranioni* conceſſa malè cedit, cui imperium abrogatur. Gallus in ſubſidium regni lectus fidelior fuit; aſt ob calumniatorum delationes, dignitate pariter ac vitâ privatur.

Eutr. pag 661. Zoſim. 2. pag. 694. 695. 696. 667. 698. 699. 700. 701. Philoſt. 3. 28. p. 50. & 4. 1. p. 62.

2. Arrianæ hæreſi addictus Athanaſium & Orthodoxos ejicit, & Concilium Sirmii congregat pro Arrianis.

Athan. Apol. pro fugâ p. 560. 1. & Epiſt. ad Solit. p. 641 Hilarii liber peculiaris. Sozom. 3. 2. & 5 p. 585. Philoſt. 4. 3. p. 65.

3. Sapori Regi Perſarum in Meſopotamiâ reſiſtit, & magnâ clade acceptâ paciſcitur.

Ammian. l. 20. p. 197. Eutr. p. 660.

4 Conſtantium Patruum & Dalmatium patruelem neci dat.

Philoſt. 2. 4. p. 10 c. 17. p. 22 Zoſius. 2. p. 692 Oroſ. 7. 29 p. 640.

5. Bellum contra Julianum parans Tarſi ægrotat, moriens de mutatâ religione & Athanaſii exilio dolet, & cum ejus morte

Aria-

Ariana tempeſtas, quantumvis potens, ceſſat, aliquantiſper ſerenitate Eccleſiæ data.

Hier.Epiſt.3.ad Heliod.col.31.& adv.Lucifer.Philoſt.6.5.pag.85. Ammian.l.21.p.215.Eutr.p.662.

3. IVLIANVS.

1. Mortuis ſine prole Conſtantini liberis Imperator ab exercitu, concordi conſenſu, Pariſiis ſalutatur, cum in Galliâ rem ſtrenuè geſſiſſet. 361

Ammian.l.15.p.57.& l.20.p.193.Libanius ad Iulian.p.180 Zoſim.l.3.p.702.703.

2. Metu Conſtantii adoleſcentiam modeſtè tranſigit, & auditâ morte Conſtantii Conſtantinopolin veniens aſtutè ſibi favorem hominum conciliat. Epiſcopos Catholicos revocando & Remp. ordinando. Mutatus in alium ſubitò hominem vitam agit ſceleſtam, Magorum & meretricum contubernia ſectans.

Ammian.lib.16.pag.73.74.75. lib.22.pag.249. Philoſtorg.6.7.pag.85.Theodoretus, lib.3.c.4.

3. Studiis delectatus ſcripta varia colligit, legit, edit, eloquentiæ incumbit.

Ammian. l.16.p.74. Mamertin. in Paneg. Eutr.p.662.

4. Religionem Christianam ejurans *Apostata* cognomen accipit, hostisque Ecclesiæ Christianis persecutionem movet, eorumque Scholas occludit.

August.18.de C.D.52.col.1125.Sozom.5.2. p.624. Philostorg.7.1.pag.86.c.4.pag.89. 90.Socrates 3.1.pag.81.82. Ammian.lib.22 pag.252.

5. Restaurationem *Hierosolymitani Templi* Judæis in odium Christianorum indulget, Pariter concedit instaurari *Templum Delphicum*. Utrumque terriculamentis divinitus immissis impeditum, terræ motibus & fulminibus disjectum.

Ammianus lib. 23. init. Socrates 3.17.pag. 96. Sozomenus 5.22. pag.649. Niceph.10. 32.pag.598.599. Philostorg.7.9.pag.95.96. c.14.pag.101.

6. Pace cum *Francis* factâ *Agrippinam Coloniam* recipit; & post insignem *contra Allemannos* apud Argentoratum victoriam Moguntiacum petit, ponteque compacto Rhenum transit, *Trajani castrum* aliquando eversum renovat.

Ammianus lib. 16. pag.27. lib.21. pag.219. Eunap.pag.76.

7. Contra

7. Contra Persas pugnans de improviso sagita ictus, inter blasphema contra Christum verba spiritum emittit, sanguine prius versus cælum sparso. Inde secutum Romani Imperii decrementum.

Zosimus 3. pag. 728. Philost. 7. 15. pag. 104. Ammian. lib. 24. pag. 348. Hieron. Epist. ad Heliod. col. 31. & in Vitâ Hilarionis col. 334 & in Habac. cap. 3. col. 457. Eutr. p. 662.

4. IOVIANVS.

1. Bonus Princeps, excelso animo & staturâ, militum amore suffragioque communi ad imperium rapitur, brevis regni Imperator.

Ammian. lib. 25. p. 357. Socrat. 3. 19. f. 97. Philost 8. 1. p. 106.

2. Salutaris Ecclesiæ Princeps *Christianismum* promovet, templaque idolorum iterum claudit. Athanasium ab exilio Alexandriam revocat, & in pristinam reponit dignitatem.

Szom. 3. 20. p. 101. Philostorg. 8. 5. p. 111. Eutrop. l. 10. fin. Zosim. l. 3. pag. 730. 731. 732. Ammian. 25. p. 371.

3. Cum *Sapore Persarum Rege* pacem iniquâ conditione inire cogitur, traditâ Nisibe & parte superioris Mesopotamiæ.

Zosimus.3.p.730.731.732. Eutr.l.10.fin.p.662. Iornandes.l.1.p.711. Rufus in Breviar. pag.641. Ammian.l.25.p.361.

4. Unica ejus Constitutio extat in l.5. Cod. de Episc. & Cler.

5. Constantinopolin petens Dadastanæ in conclavi, à recenti tectorio insalubri, mortuus reperitur, vel, ut alii scribunt, suorum insidiis.

Ammian.l.25.fin.p.371. Oros.7.31.p.646. Socr.3.22.f.102. Sozom.6.6.pag.646. Hieron. Epist.ad. Heliod.col.31. Philostorg.8.8. pag.112. Eutr. lib. ult. fin. pag. 662. Zosim. 3.pag.733.

5. *VALENTINIANVS Major.*

364 1. Pannonius ex tribu Scutariorum Imperator à militibus salutatur Niceæ, rituq; militari scuto imponitur.

Philostorg.8.8.p.113. Zosim.l.3.fin.p.734.

2. Imperium cum Valente dividit, atque Oriente illi commisso ipse in Occidentem discedit, bono quidem animo, sed tristi eventu.

Ammian.l.26.c.1 5.p.374 380.

3. Sub Juliano militans ob fidei Christianæ professionem militiæ honore privatur, & in exilium mittitur.

Sozom.

Sozom.6.6. pag.646. Theodor.3.16.p.259. Philost.7.7.p.93. August.18. de C.D.52. col.1125. Socrat.4.1.f.103.

4. Britannos se efferentes compescit. Saxones repellit, Francos retundit, contra Alemannos se munit ad Nicrum.

Latinus Pacatus in suâ ad ipsum Panegyri. Ammian. lib.27.p.417.421.424. lib.28. p.441.442.452.453.

5. Hæmorrhagiâ obit, cum moveret in Sarmatas.

Ambrosius in Oratione funebri P. Diaconus in Valent.pag.521. Ammian. lib 30. pag.514.

6. VALENS.

1. Initio regni *Procopium* Juliani cognatum, Constantinopoli rebellantem supprimit. Sublato intra octavum tyrannidis mensem Procopio rebellionem renovat *Marcellus Protector*, sed ab Equitio, Duce exercitus, captus miserè vitam inter cruciatus finit.

Philost.9.5.p.122. Zosim.4.p.736.737.738. Ammianus l.26.p.382.383.396.

2. Arrianâ hæresi infectum Ecclesia orthodoxa sentit persecutorem.

August.18.de C.D.52.col.1126.

3. Prælio cum Gothis infeliciter commiſſo vulneratur, & ab iisdem victus in hortenſi quodam tuguriolo crematur, cùm imperaſſet annos XIV. menſes quatuor, dies novem, & vixiſſet annos fere quinquaginta.

Themiſt. Orat. ad Valent. p.64. Philoſt. 9. 17. p.131. Zoſimus 4. p.747. 748. 749. 750. 751. 757. Socrat. 4. c.27. 28. 31. fol 123. 126. Ammianus lib.31. pag.557. 558. Oroſius 7. 33. pag.651. 652.

7. GRATIANUS.

375 1. Reipſa Gratianus primitias imperii Deo offerens, exules Epiſcopos revocat, & Eccleſiam priſtino nitori reſtituit, expulſis Arrianis.

Socrates 5. 2. f.127.

2. Equeſtri militiâ clarus, moribus verecundus & caſtus, ſedulus in regno, liberalis & comis, doctus. Poëta juxta ac Rhetor excellens.

3. Gothos ſive Scythas, qui ab Hunnis expulſi fuerant, gentem tunc novam & Romanis gravem, profligat.

Hier. Epiſt. 30. ad Fabiol. col. 257. Philoſt. 9. 19. pag. 133.

4. Alemannis gravi clade ad Argento-

ratum

ratum subactis *Alemannicus & Germanicus* appellatur.

Iornandes 1.p.712. Oros.7.33.p.65.

5. Theodosium ex Hispaniâ evocatum, Collegam assumit, & Orientis Imperatorem constituit.

Iornandes 1.p.712.

6. Ausonium Poëtam, Præceptorem, creat Consulem.

7 Insidiis *Maximi* apud Lugdunum Galliarum perit, qui imperio sibi arrepto Italiam invadit & *Aquilejam* occupat.

Hier. Epist.3. ad Heliod. col.31, Socr.5.11.f. 132. Sozom.7.13.p.678.

8. Fl. *Magnus Maximus* arrepto in Britanniâ imperio Fl. *Victorem* Filium declarat Cæsarem. Eo Italiam invadente fugit ad Theodosium cum matre Justinâ & Sorore Gallâ Valentinianus. Idem *cum Theodosio* Pannoniâ confligit, & *ad Aquilejam* captus Tyrannus obtruncatur.

Philost.10.8.p.139. Zosimus.4.p.766.767. 769.770.

8. VALENTINIANVS II. Iunior.

1. Quadrimus puer sexto post parentis Valentiniani obitum die imperii sceptra accipit, cui se opponit *Maximus*, qui *Magni*

cognomen è Constantini Magni prosapia accipit.

Socrat 4.26.f.123.Zosimus 5.p.745.

2. Instinctu Justinæ matris Ambrosium & Orthodoxos affligit, dissuadente Cancellario regni Benevolo.

3. In Galliâ ad Viennam fraude Arbogastis Franci, Aulæ Comitis, noctu strangulatur in cubiculo, & Eugenius invadit regnum, postquam biduo ante excessum accersivisset Ambrosium ad accipiendum Baptismum.

Ambros. Orat. fun. p. 3.6.9.11.12.T.3. Hier. Epist. ad Heliod. p. 31. Zosim. 4. p. 774.775. Socrat. 5.24.

9. *THEODOSIVS I.*

379 1. Gratiani & Valentiniani Collega per XIV. annos, Imperator excellens literis, pietate, justitiâ, fortitudine, disciplinæ militaris observatione.

August. 5. de C.D. 26. pag. 330.331. Ambros. Orat. funebri.

2. Invaletudine ejus compertâ *Gothi* Thraciam, Epirum, Macedoniam & Pannoniam invadunt, quos Gratianus reprimit. Athanaricum, Gothorum Regem, honorificè excipit, vitaque mox functum regio honore curat sepeliri.

Clau-

Claudianus Consulatu Honorii. Zosim. l. 4. pag. 759.

3. Hæreticorum osor acerrimus, *Arrianos* ex urbibus proscribit. *Idola* evertit, & templa repurgata Orthodoxis reddit.

Socr. 5. 16. 17. f. 134. Prosper. 3. de Prædict. 38 pag. 170. Sozom. 7. 15. p. 679.

4. Post devictum Maximum *Romam* venit, ejusque Urbis malas consuetudines abrogat.

Socrat. 5. 18. pag. 134. Claudian. 2. de laud. Stil. v. 141.

5. Impotens iræ necem Præfecti militum Boterichæ graviter ulciscitur, Thessalonicensium 7000. sine discrimine crudeliter necatis, ob hoc templo prohibitus ab Ambrosio Episcopo.

August 5. de C. D. 26. p. 331. Sozom. 7. 24. p. 686. Theod. 5. 17. p. 299.

6. Valentiniano interfecto Turbatores exercitus aut imperii *Arbogasten & Eugenium* cœlo pro se militante vincit, hoc capto & occiso, illo se ipsum perimente.

Sozom. 7. 22. p. 685. Zosim. 4. p. 778. Oros. 6. 35. p. 659. Socr. 5 24. p. 144. August. 5. de C. D. 26. p. 330. Claudian. in Olyb. v. 103.

7. Con-

7. Conjugio *Placillæ & Gallæ*, piarum fæminarum, felix Arcadium & Honorium, adhuc pueros, Cæſares declarat, & Arſenio Præceptori cum ſeveritate educandos committit.

Sozom.7.6.p.673. Theod.5.18.fol.301. Zoſim.4.p. 768.769.

8. Rebus magnâ felicitate & ſucceſſu confectis, *Rufinum* in Oriente, *Gildonem* in Africâ, *Stelichonem* in Occidente rebus ordinandis conſtituit, quorum fortuna & felicitas quantum crevit, tantum mutata fuit.

Claudian. Laus Serenæ v. 140.149. & in Rufinum.

9. Pie in Chriſto Mediolani, præſente Ambroſio, diem ſuum obit, Oriente *Arcadio*, Occidente *Honorio* relicto, illi Ruffino huic Stilicone Tutore conſtituto. Conſtantinopolin delatum funus honorificè tumulatur, & diebus quadraginta elapſis ab Ambroſio panegyrica oratio in defuncti laudes, præſente Honorio, habetur.

Ambroſ. Orat. funebri Zoſim.4.fin p.779. Sozom. 7.28.pag. 690. Diaconus 13. init. p.666.

10. Rebus humanis vix exemto pio Imperatore Ruffinus imperium invadit, quem

nico Theodosio, octo annorum puero, cùm vixisset annos XXXI.

Socrat.6.21.f.162.

II. HONORIUS.

1. Imperii fasces sibi à Patre traditos unâ cum Fratre Arcadio gerit.

Zosim.4.p.779.

2. Conjugio infelix nullam post se Sobolem relinquit, extinctis duabus ante nuptias Sponsis, Stiliconis filiabus.

3. Alaricus, Gothorum Dux, Dalmatiâ, Pannoniâ & Græciâ variis deprædationibus vastatâ infesto exercitu petit *Italiam*. Primùm vi, postmodum fraude & proditione *Romam* capit, captam igne & gladio devastat, & ATTALUM, Urbis Romæ Præfectum, creat Anti-Cæsarem, quo honore diu non fruitur.

Zosim. l.5.p.812.813. & l.6.p.827.828. Oros.7.c.39.40.42.Socr.7.10.f.168.Sozom.9.c.6.7.8.9.p.712.713.Philost.12.c.3.p.161.162.163.c.5.p.164.August.1.de C.D.7.p.41 Diaconus l.13.p.667.

5. *Stiliconem & Gildonem* imperio insidiantes summâque potestate abutentes tollit. *Eucherium*, Stiliconis filium, affectati regni reum trucidari jubet.

Zosimus

Zosimus 5. pag. 780. 808. 809. 810. 811. 813. Oros. 3. 38 p. 672. Sozom. 9. 4. p. 711. Diaconus l. 13. p. 666. 667.

6. Gladiatorias pugnas & munera abrogat. Seculares ludos infeliciter resuscitat.

Prudentius libro 2. adv. Symmachum.

7. Idolorum templa everti jubet, & contra hæreticos edicta promulgat.

August. 18. de C. D. 54. col. 1133. Prosper. 3. de prædict. 38. p. 170.

8. Vandalos & Alanos Hispaniam turbantes *Castino Duce* aggreditur. Constantio Duce *Constantinum*, Tyrannum Arelaticum, *Attalum* Anti-Cæsarem, *Iovinum* aliosque rebelles superat.

Diaconus lib. 14. pag. 667. 668. Iornandes pag. 713.

9. Contra eum *Heraclianus* Præfectus, victoriâ & dignitate insolens conjurat, in Africâ primum tyrannidem invadit, & ingenti classe Italiam accedit.

Diaconus l. 14. p. 667.

10. Hydropicus Romæ moritur, fulgente ante ejus mortem per multos dies crinita stellâ.

Philost. 12. 11. p. 172.

12. THEODOSIUS.

408 1. In vero religionis virtutumque Zelo optimè educatur per sororem *Pulcheriam*, supra ætatem sapientiâ, pietate, ingenio, & omnibus virtutibus pollentem Virginem.

Sozom. 9.1.p.709. Philost.12.7.p.166.

2. Cæsar ad exemplum mitis, pius atque benignus, doctus, exulum liberalis hospes.

3. Synodum *Ephesiam* convocat contra Nestorium, præsidente Cyrillo, Episcopo Alexandrino.

4. Bello, petit *Gensericum* Vandalorum Regem, Italiæ direptorem, cum quo pacem facit.

Diac.l.13.p.667.

5. *Attilæ*, Regi Hunnorum, bellum Orienti inferenti, occurrit per Duces, & per Legatum Priscum pacem init.

6. Author Codicis Theodosiani, quo continentur Constitutiones Christianorum Principum, initio facto à Constantino Magno, fine verò in hoc Theodosio juniore. Eum Codicem è latebris & situ eruit Ferdinandi I. jussu Jo. Sichardus.

I. Sichardi Præfat. ad Ferd. ann. 1528.

7. Bibliothecam Byzantinam conquisitis

ſitis undique atque coemtis Codicibus locuplerat.

Socrates 7.22. Niceph. 14.13.

13. *VALENTINIANVS III.*

1. Conſtantii & Placidiæ, Honorii Sororis, Filius à Theodoſio, Arcadii Filio, Byzantii educatur, poſtquam in cunis adhuc vagiens unà cum matre ab Honorio eje-ctus eſſet. 425

Philoſt. 12.11. pag. 172.

2. Valido exercitu conſtituitur Imperator, victo captoque *Iohanne*, qui mortuo Honorio cum purpurâ arripuerat Occidentis Imperium.

Socr. 7. c. 23. 24. p. 177. Philoſt. 12. 11. p. 172. 173. 174. Iornand. p. 713.

3. *Aetium* qui contra Attilam aliosque imperii hoſtes feliciter ſigna geſſerat, falsò per *Maximum* delatum ſua manu interficit.

Caſſiod. p. 696. Diac. l. 15. p. 670.

4. Sublato Aetio ATTILA, qui vivo Aetio ſe movere vix audebat, cum quingentorum millium exercitu in Italiam deſcendit, Aquilejam occupat, Romam obſidet, cujus ferocitas occurſu Leonis Papæ mitigata fertur.

Diac. l. 15. p. 670.

P 5. Poſt

5. Post Duces optimos *Aetium & Bonifacium* Comitem & Præfectum Africæ, sublatos mollem eo & effæminatam vitam agente hostes imperii res suas egregiè expediunt, orbemque Romanum in calamitatem ingentem conjiciunt.

Diac.l.16.pag.671.

6. Impulsu Fl. Anitii Maximi in campo Martio occiditur Valentinianus minimè valens & martialis, nullaque posthac justa Imperii fuit forma usque ad Carolum Magnum.

Diac.16.p.671.

Terminus OCCIDENTALIS IMPERII instans.

1. Occidentale Imperium occiso Valentiniano relinquitur diripiendum hostibus variis; Italia Gothis, Gallia Francis, Britannia Scotis, Africa & ipsa urbs Roma Vandalis, magna pars Europæ Hunnis, potissimum Genserico & Attila tyrannidem exercentibus. Conspirant in perniciem imperii Gothi, Alani, Vandali, Heruli, Suevi, Burgundiones, Hunni, Angli, Franci. Alii terram, mare alii transmittentes sedes quærere novas instant.

Oros.7.37.p.667.c.38.p.672.c.40.p.678.

2. Ab hoc tempore fuit Occidens sine certo

certo Imperatore usque ad Carolum Magnum, & Italia orbata Ducibus magnanimis gentium peregrinarum direptionibus prorsus patebat, tristissimo dilacerationis ac devastationis exemplo.

CLASSIS II.

OCCIDENTIS Principum,

ignobilium atque inertium.

1. Fl. MAXIMUS.

1. Valentiniano ob vitiatam uxorem interfecto imperium arripit copulatâ sibi per vim Eudoxiâ Valentiniani uxore, quæ ad iram à marito commota Gensericum ex Africâ evocat Romam. 455

2. Eo cum Theodosio de imperio certante *Franci* invadunt Galliam.

3. Novo hospite & hoste Genserico ad mœnia urbis Romæ adveniente aufugit, & in fuga lapidatus membratim discerpitur.

2. AVITUS.

1. Post Maximum interfectum *Avitus Arvernus*, Militum Magister, invitatus à Theodorico, Rege Gothorum, suscipit insignia imperii nomine Imperatoris, cujus nomen neque is neque ejus Successores tueri valuerunt; umbratiles revera Imperatores.

3. *Iulius* MAIORIANVS.

457 1. Degradato Avito succedit *Majoranus*, qui expeditionem in Africam suscipit, & progressus in Hispanias Gensericum ad pacem petendam adigit. Optimus ille Imp. occiditur fraude *Severi*, qui succedens Gensericum reprimit.

2. Severo per venenum sublato salutatur Imperator. 4. *Anthemius*, quem necat Ricimer, Militiæ Magister, 5. *Olybrio* surrogato.

3. Anicio Olybrio succedit 6. *Glycericus* quem bello petit Vindemius, Ostrogothorum Dux. Gylcerium pellit 7. *Iulius Nepos*, quem deturbat militum præfectus 8. *Orestes*, & Filium 9. *Momyllum* regno admovet.

4. Momilus ille dictus fuit AUGUSTULUS ominoso cognomento, quia fatali quodam casu regnum Occidentis sub eo deficit, barbaris & peregrinis Italiam tenentibus usque ad Carolum M. Augustus Imperio splendorem dedit, variâque sub rerum fortunâ sceptrum per manus diversorum Principum delatum ad Augustulum in Occidente, sub quo Occidentale Imperium occidit ac defecit, barbaris & peregrinis Italiam invadentibus.

5. Rem-

5. Rempublicam itaque Romanam à *Principatu Augusti* usque ad *Principatum Augustuli* per quingentos plus minus annos Cæsares domi forisque administrarunt, magnâ ex parte flagitiosi & scelerati, & quorum pleriq; regnum violentâ morte terminârunt.

CLASSIS III.

Convulsio Imperii per Gothos, Vandalos, Longobardos.

1. Post obitum Theodosii vesper & ortus in Romanum insurgit imperium, hinc tumultuantibus *Gothis*, illinc *Longobardis*, isthinc *Vandalis & Hunnis* omnia terrore miscentibus. Vandalicum in Africâ excipit Gothicum in Italiâ bellum.

2. Infidâ regni societate *Arcadius & Honorius* terrarum orbem inter se partiti perfidâ statim Præfectorum insolentiâ premuntur. Dux *Rufinus* in Oriente, *Gildo* in Africâ, *Stilico* Occidente consilia contra regnum clandestina ineunt, sed nullus occultiora & pejora quàm *Stilico*, quia aliud agens, aliud simulans, ut filio Eucherio imperium conciliaret, Rufino prius cæso suadet Arcadio, ut Gothos, quos

Theodosius regno stipendiarios fecerat, exautoraret. Dictum factum Gothi qui 25. annos summâ fide stipendia Romana meruerant, injuriâ hâc lacessiti sibi Regem Alaricum creant, & ad bellum Imperatori faciendum solicitant. Factum bellum, nusquam se movente Stilicone, & porta Gothis Romæ aperta anno Honorii octavo.

3. Primus è barbaris ALARICUS per mediam festinans Italiam arma admovet gentium Reginæ Romæ, expugnat, diripit, relinquit.

4. Primus Barbarorum *Odoacer*, Herulorum & Rugiorum Rex, Italiam ingressus *Regis Italici* sibi nomen sumit, capto ad Ticinum *Oreste* ejusque Filio *Augustulo*, quem spoliat imperio, sibi constituit, & Occidentem penitus ab imperio Romano avellit, Româ urbe iterum direptâ.

5. Odoacro eripit regnum *Theodoricus Veronensis*, Ostrogothorum Rex, animum sibi addens ex dissipatis Imperatorum Rom. viribus & jurgiis intestinis, post quem Gothici Reges *Athalaricus*, *Theodotus*, *Vitiges*, *Theudibaldus*, *Ataricus*, *Totilas*, *Tejas* in Latio sibi Rempublicam constituere parant, qui & bello diuturno & tot cladi-

cladibus confecti victori tandem populo Rom. imperium reddere coguntur, & cum eodem in unum mixti populum paulatim illud invexerunt idioma, quo hodie Itali utuntur semi barbaro, cùm in Italiâ substitissent annos 77.

6. Totilas Romam ingressus muros subvertit, urbem diripit, incendit, desolatur.

7. Devictis Gothis Italiam quidem liberat Narses, Imperatoris sui Justiniani nomine imperium Italiæ tenens, sed ut *Longobardis* viam sternat, quorum Rex *Alboinus* sub Justino II. occupato Mediolano Regis sumit titulum. Hunc secuti *Clepho*, *Antharis*, *Agilulfus*, *Adoaldus*, *Artoaldus*, *Rotharis*, *Rodoaldus*, *Aribertus*, *Perthuritus*, *Grimoaldus*, *Garibaldus*, *Cunibertus*, *Luitbertus*, *Ragumbertus*, *Aribertus II.* *Asprandus*, *Luitprandus*, *Hildebrandus*, *Rachis*, *Aristulphus*, & ultimus *Desiderius*, cujus Dominatum unà cum regno Longobardico exscindit, & Italiam antiquæ libertati restituit 774. Carolus Magnus, cujus Pater Pipinus, Francorum Rex, initium fecerat. Pentapolis tunc & Æmilia Pontifici à Pipino data, à Carolo M. confirmata, quod vulgò *Patrimonium Petri* vocant.

8. Longobardis in Italiâ grassantibus Cæsares per *Exarchum* (sic vocabant Vicarium sive Præfectum) eam Italiæ partem administrant, quę à Longobardis nondum possidebatur. Sedes Exarchatus *Ravenna* erat, quâ à Longobardorum Rege Aistulpho captâ an. 751. Exarchatus simul expirat. Exarchi autem numerantur quindecim à Longino usque ad ultimum Exarchum.

9. Imperii Romani distractio & dilaceratio ut fiat conspectior, notari merentur irruptiones per *Hunnos*, *Vandalos*, *Francos*, *Anglo-Saxones* factæ, quibus augescentibus vires imperii maximè minuebantur. Eminentior est præ reliquis eruptio *Hunnorum* sub *Attila*, qui 500000. Hunnis orbem terrarum populatur, Rom. imperium penitus ferè dissipat, fœdè vastans Italiam, Germaniam, Galliam, Pannoniam, Thraciam. Natum se is dicebat ad concussionem gentium, & *flagellum* se Dei vocabat. *Veneti* tum mediis se in fluctibus occultant, & contra furores hostis œcumenici in Insulis maris Adriatici ad locum etiamnum celebrem, qui *Rivualtus* nominatur, urbem extruunt, cujus principia admodum parva suis progressionibus omnis nunc orbis provocant urbes. Terror

ror tandem gentium qui gladio Martis reperto dominium ſibi orbis fuerat pollicitus, non in gremio Martis, ſed Veneris inter amplexus operoſam exhalat animam. Eo autem defuncto Hunni *Hungariam* obtinent.

10. Vix ſe recollegerat *Roma* (cujus mœnia pro monumento victoriæ dirui juſſerat Attila aliquibus in locis) ecce à *Genſerico*. Vandalorum Rege, iterum capta luget, omnibus imperialibus ornamentis in Africam tranſportatis. Poſt hunc *Odoacer*, cum Herulis Italiam intrat, Romam occupat, Auguſtulum pellit, in mediâ Italiâ annis quindecim regnat.

11. Nil triſtius hac rerum facie. Turbata omnia, Eccleſia, politia, regnum, domus. Uno repreſſo Tyranno ſurgit alter τυραννικώτερ@, Attila abeunte adeſt novus Tyrannus Genſericus. Tentant armis imperium nunc *Oſtrogothi*, nunc *Veſtgothi*. Nunc *Burgundiones*, nunc *Franci* è Germannis progreſſi, nunc *Anglo-Saxones* incurſitant, ſenſim Romanorum rebus collabentibus & novis hinc inde Principatibus emergentibus.

12. Româ varie preſsâ à Longobardis

Romani tunc Pontifices ad Francorum auxilia confugiunt, qui Caroli Magni Regis ductu Italiam ingressi, pulsis Longobardis, eorumque Desiderio Rege capto, totâ ferè Italiâ potiti sunt.

CLASSIS IV.

Imperatorum Orientis *usque ad Carolum Magnum.*

I. MARTIANUS.

450 1. Ortu obscurus, Marti non nihil clarus, sed animo pacificus, illud sæpe usurpans: *Dum in pace esse possumus, arma non induamus.*

2. Pacem facit cum Persis & Vandalis.

3. Synodum Chalcedonensem convocat contra Eutychetem, cui 630. Episcopi intersunt, diciturque Concilium Oecumenicum IV.

4. Constantinopoli moritur, ejusque in locum Asparis Patritii factione militumque Orientalium suffragiis Imperator creatur Leo Thrax, militum Tribunus.

2. LEO *Magnus.*

457 1. Primus, qui ab Anatolio, Patriarcha Constantinopolitano, coronatur.

2. Diversas Constantinopoli Basilicas erigit.

3. Mediocriter doctus doctos in precio habet, & optat stipendia militum in literarum Magistros conferri.

4. Bel-

4. Bella gerit cum *Genserico*, Vandalorum Rege, morsque Cæsaris interrumpit bellum.

3. ZENO *Isauricus*.

1. Deformis animo & corpore imperium sine laude tenet. 474

2. Basilisco Fratre seditionem movente exulare mavult quàm regnare.

3. Revocatus ab exilio Basiliscum relegat in Cappadociam, qui cum suis fame & frigore perit.

4. Theodoricum dictum Veronensem, patritiâ & Consulari dignitate exornat, cum exercitu in Italiam mittit ad deturbandum Odoacrum, quo victo Italiæ Rex Theodoricus factus ibi annos XXXIII. regnum gessit.

5. Vivus sepulchro includitur.

6. Finis Imp. Rom. in Occidente, Augustulo pulso per Odoacrum.

4. ANASTASIUS.

1. Initiò probus, postea Atheus, Eutychianus, ex Diacono factus Imperator. 491

2. A Thracibus pecuniâ pacem redimit.

3. Magistratus vendit; statuam sibi erigit.

4. Fulmine ictus interit.

5. IUSTINUS *Thrax*.

1. Genere obscurus, prius subulcus, 518

deinde

deinde bubulcus, post faber lignarius, tandem Imperator.

2. Severum hæreticum Theopaschitam proscribit. Arrianos persequitur, pro quibus Theodoricus decertat.

3. Pelagianæ hæresi favet.

5. Justinianum ex sorore nepotem adoptat & imperii facit consortem, diademate manibus propriis imposito.

6. IVSTINIANVS.

527 1. Virtute Belisarii Ducis *Persarum Regem Cabadem*, inde *Gothorum ac Vandalorum Reges Vitigem & Gelimerum* debellat, & in Africâ delet regnum Vandalicum.

2. Belisarius classe in Italiam profecturus in itinere Siciliam *dejectis Gothis* occupat.

3. Romæ à Totila obsessæ subvenit, incolis vacuam recipit, resarcit, pristinæ majestati asserit, Narsetis Ducis ductu Totilam ejusque successorem Tejam extinguit, & unà Gothicum nomen ac imperium; postquam per annos 18. cum iis bellum fuisset.

4. Leontium & Tiberium invasores jugulat.

5. Dalmatiam armis recipit. Neapolim obsidio-

obsidione capit. Cosroem Persarum Regem per Belisarium debellat.

6. Magnificum Constantinopoli templum *S. Sophiæ* erigit, amplisque reditibus decorat.

7. Pace cum Persis renovatâ, & Africâ ferè totâ receptâ Constantinopoli eduntur *Institutiones*, ac paulò pòst *Digesta* sive *Pandecta Iuris civilis* Romani Imperii ex multis Veterum Juris autorum scriptis operâ Triboniani & aliorum interpolata. Inde anno elapso *Codex Iustiniani* novus, abrogato priore, prodit, confectus ex tribus Codicibus, Gregoriano, Hermogeniano & Theodosiano. Sequentibus autem annis *Constitutiones Novellæ* secutæ.

Vid. Labittus Indicibus Iuris p. 650. seqq.

8. DevictisGothis Italiam, tanquam Orientalis Imperii provinciam, gubernat, *Narsete* ibi relicto, sub quo Longobardi cum Rege Alboino vocantur magno cum Italiæ detrimento.

Diaconus lib. 1. cap. 16. & 18. lib. 2. capp. 6. & 7.

7. IUSTINUS II.

1. Quiescentem à turbis Italiam & barbaris à Justiniano purgatam accipit, vir 565

Avun-

Avunculo dissimilis, Princeps vecors & avarus.

2. Jus Cæsareum de divortio ex consensu mutuo conjugum faciendo, quod Justinianus sustulerat, renovat.

3. Pelagianismo addictus in fidei Catholicæ contemtum multa patrat.

4. Ravennæ *Exarchatum* instituit primo Præfecto Longino, Narsete, optimo Italiæ administratore, ignominiosè ad pensum in Gynecæo partiendum ex Italiâ avocato.

5. Longobardi sub Rege Alboino in Italiæ parte nobili *regnum* sibi peculiare instituunt, seque justos Italiæ Dominos venditant, Imperatoribus tum reliquias imperii per Exarchos, quorum erat sedes Ravenna, gubernantibus. Finis Exarchatus fuit sub Constantino Capronymo.

6. Ex cladis Persicæ nuntio phrenesi & morte corripitur.

8. TIBERIUS CONSTANTINUS.

578 1. Justini gener haud degener bellum contra Cosroem & Hormisdam Persas Duce Mauritio feliciter gerit.

2. Munificentiâ erga subditos & liberalita-

ralitate erga pauperes animos ſibi omnium devincit.

9. MAVRITIVS, Cappadox.

1. Heros inclytus imperium cum laude adminiſtrat, primus ex Græcorum genere ad Imperii faſtigium evectus. 586

2. Inter eum & Gregor.I.Papam grave intercedit de ſedis Conſtantinopolitanæ prærogativâ diſſidium. Cum Johanne Patriarcha.

3. Ex Scriba Comes & Dux exercitûs, dein Imperator.

4. *Perſas* per Ducem Philippicum debellat, & ad pacem petendam adigit. *Sclavos* reprimit. Ea bella deſcribit octo libris Theophylactus Simocatta, quinque Perſicum, tribus Slavicum. Longobardos ex Italiâ pulſurus cum exercitu ſuo cæditur, quâ victoriâ Longobardi urbes omnes ſuæ tyrannidi ſubjiciunt.

5. Ob captivos à Chagano Avarum Duce non redemptos venit in contemtum, & exitium ſibi accelerat.

6. Ob avaritiam duodecim captivorum millia unico per capita numulo redimere recuſat; inde à militibus deſertus à Phoca

à Phoca cum totâ familia crudeliter occiditur. Imperator omnium infelicissimus, qui vidit interfici filios, filias, uxorem, seipsum, & in hac miseria audita non nisi vox: *Iustus es Domine & rectum judicium tuum.* Non alius Augustus calamitatem fortius tulit.

10. PHOCAS.

602 1. Avaritia & luxuria infamis imperium malè partum negligit à barbarorum incursione defendere, ejusque negligentia deficiunt diversæ Provinciæ.

2. Diribitor Papalis eminentiæ Romano Pontifici Bonifacio III. fores ad primatum aperit, *universalis Episcopi* nomen concedens.

3. Persarum Rex Cosdroes Mesopotamiam & Syriam occupat. Hierosolymam diripit cruce Christi ablatâ.

4. Narsetem Ducem, qui rebellarat, vivum cremari jussit.

5. Conspiratione in eum inita per Heraclium Africæ Præfectum horribiliter membris truncatur Cæsaricida, stirpisque Mauritianæ excisor cum stirpe sua penitus perit.

(****)

II. TME-

II. TMEMA.

A Scißione Monarchiæ Rom. sub Heraclio captæ per Mahumetem in Oriente & per Pontificem Rom. in Occidente factâ, usque ad Carolum Magnum.

11. HERACLIVS.

1. Cosroam Persarum Regem victoriis superbum tribus gravissimis præliis superat, receptâ iterum *Syria* & *Hierosolymis* aureoque invectus curru Constantinopoli triumphat. 610

2. Ob incestuosas nuptias cum Mortinâ fratris Filiâ infelix in se & liberis.

3. Ambidexter in religione Menothelitarum hæresin fovet, à quâ resipiscens orthodoxæ fidei regulam suscipit, Pyrrhumque relegat tanti in se mali autorem.

4. Saraceni ob stipendia negata deficiunt, & MAHOMETE Duce cum Mahometismo principatum novum stabiliunt. Initium hinc *Æræ Hegiræ* sive *Muhametanæ A.C.622*. an. Heraclii duodecimo.

5. Judæos ad Christianismum compellit.

6. Perdit Asiam, Syriam, Ægyptum, Hierosolymam, ac Saracenis tantas Provincias relinquit. Sisebuthus Gothus Romanis

Romanis Hispanias adimit. Sic decrevit Imperium.

7. Sex suæ stirpis ordine Augustos habet, deficitque in Tiberio progenies Heraclii sive Heraclionidarum stirps, occiso à Philippo Bardanio.

12. CONSTANTINUS IV.

641 1. Post patrem regnat IV. menses, veneno à novercâ Martinâ sublatus, ut Heraclionem fratrem ad imperiale Solium promoveret, sed eum populus in cædis Constantini vindictam mox exilio dedit.

2. HERACLION decennis cum matre Martinâ regnat. In exilium pellitur naso truncatus, mater verò, per cujus fraudes promotus fuit, linguâ.

13. CONSTANS II.

642 1. Constantini IV. filius degener, crudelis, libidinosus, avarus.

2. Theodosium fratrem interimit.

3. Monothelitarum hæresi adhæret Pauli Episcopi Constantinopolitani impulsu.

4. Cum *Saracenis & Longobardis* infeliciter belligeratur.

5. Romam specie religionis veniens aufert multa Urbis ornamenta.

6. Syra-

6. Syracusis occiditur propter insolentiam & exactiones, in balneo ferventiaquâ perfusus, & postea strangulatus.

14. CONSTANTINUS V. *Pogonatus*.

1. Audita Patris Constantis nece in Siciliam profectus pœnas de parricidis sumit. Inde sexennio exacto prolixâ barba, qui prius imberbis abierat, redit Constantinopolin, unde *Pogonatus* dicebatur. 668

2. Astrologiæ peritus & Medicinæ.

3. Saracenos Constantinopolin obsidentes profligat, & in triginta annos inducias concedit.

4. Fratres Tiberium & Flavium imperii consortium affectantes naribus mutilat.

15. IUSTINIANUS II.

1. Armeniam, Mediam, Albaniam, Hircaniam Duce Leontio recuperat. Cypro Saracenos pellit. 685

2. Sergio Pontifici Romano se opponit.

3. Rupto fœdere Arabas imprudenter concitat.

4. Ob sævitiam in cives exosus nasum

amittit suasu Leontii, militum Præfecti; unde ῥινότμητος, *Rhinotmetus*; ab obtruncatis naribus dictus.

5. Pulsus regno ad Trebellium Bulgarorum Regem confugit, & post decennale exilium à Bulgaris regno restitutus se ulciscitur severè.

6. Intermissum exilio regnum infelicius recipit, cum regno vitâ privatus, & cum Tiberio filio unico contrucidatus.

7. Æmulus imperii Leontius militum
694 seditione concitatâ se facit Cæsarem, cui
697 triennio post Tiberius Absimarus, patritius Byzantinus, apud Africam Cæsar ab exercitu electus opponitur, qui Leontium naso multatum in carcerem trudit.

16. PHILIPPUS Bardanes.

711 1. Ferreis vinculis ab Absimaro inclusus in exilium mittitur, & à Justiniano revocatus fit Imperator.

2. Imagines templo eliminat, & de abrogandis Imaginibus legem constituit.

Ex Rolevincio & Adone Viennensi Goldastus in libr. de Imper. Edictis de cultu Imaginum pag. 5. & 6.

3. Imperio oculis effossis privatur ipsâ vigiliâ Pentecostes per Anthemium, qui arrepto imperio se Anastasium vocat, contra

tra quem à militibus *Theodosius* Imperator salutatur. Uterque Monachus factus.

17. LEO Isaurus.

1. Imagines templis ejicit, unde *Iconomachus* dicitur. 716

Veterum Historicorum testimonia affert Goldastus lib. de Imper. Decret. pag. 16. 17. 18.

2. Saracenos ab obsidione Constantinopolis repellit; postea ab eâdem arcet Agallianum.

3. Constantinum filium bimulum hæredem coronæ facit.

4. Excommunicatur à Gregorio III. Papa. Inde Ravennæ, Romæ, Capuæ, Præfectorum sequutæ cædes, & Papæ sedes & potentia auctior reddita.

18. CONSTANTINVS VI. Copronymus.

1. Paternæ religionis non minus quàm imperii hæres, crudelitate, luxuriâ & sacrilegio infamis. 741

2. Ob baptismatis aquam in Baptisterio stercore fædatam *Copronymus* dicitur; infans enim in mediâ baptismi ceremoniâ aquam sacram ventris solutione maculat.

3. Sacrarum imaginum certamen continuat, eaque causa cogit Concilium Constantinopolitanum.

Goldastus in Decret. Imper. de cultu Imaginum. pag. 19. seqq.

4. Bulgaris bellum infert, eorumque Regem Teleticum regno exuit. Arthabasdum, domesticum hostem, exoculat.

5. Longobardorum Rex Aistulphus expugnat Ravennam, finemque imponit Exarchatui Impp. Constantinopolitanorum, fugato ultimo Exarcho Eutychio.

6. Elephantiaco morbo correptus obit, ejusque cadaver postea effossum & ignominiæ causâ crematum.

19. LEO IV.

775 1. Infans adsciscitur in imperium, unde *Porphyrogenitus* dictus, paternorum vitiorum una cum regno hæres.

2. Paternæ Sententiæ de tollendis Imaginibus æmulator uxorem Irenem, Scythicæ gentis mulierem, ob imagines apud eam repertas repudiat.

3. Coronam auream gemmis onustam Ecclesiæ S. Sophiæ subtrahens & portans carbunculis in capite punitur & perit.

4. Unicam expeditionem, & quidem ignominiosam, in Syriam facit.

20. CON-

20. *CONSTANTINUS VII.*

i. Cum matre Irene regnans imperio plus obest quàm prodest. 780

2. Irene ambit filio filiam Caroli Magni, Irenem Carolus M.

3. Cardani Bulgarorum Regi pro vectigali stercora jumentorum mittit.

4. Irenem matrem ab administratione dejicit, & ab ea captus oculis orbatur eo ipso die, quo oculis privârat Nicephorum Patruum aliosque Proceres.

CLASSIS V.

Divulsio Imperii tempore Caroli Magni, & Instauratio Imperii Rom. in Occidente.

1. Sublato an. *797*. Imperatore Constantino VII. Longobardis Italiam infestantibus Romanumque Imperium affectantibus, translatum ad *Carolum Magnum* imperii occidentalis ἀξίωμα, promovente rem Leone III. Pontifice Romano. 800

2. Leo III. Pontifex dum magnum illum Pipini, Francorum Regis Filium imperii occidentalis Imperatorem Romæ creat & consecrat, eo ipso Saracenis primò, mox etiam Turcis, portam ad Christianos per Orientem constitutos aperit, regnantibus interim vel potius grassantibus in O-

 riente

riente usque ad captam à Turcis Constan-
tinopolin Imperatoribus nomine magis
quàm re.

3. Carolus ejusque Successores quò
magis thronum Leonis & succedentium
Paparum extulerunt largitionibus & de-
missionibus, eò majora decrementa de-
derunt throno Imperii.

4. Græci amisso Imperio Occidentis
summam rerum in Oriente usque ad tem-
pora Friderici III. Imp. tenent, tandemq;
fatali conversione rerum totum regnum
Orientis & flos Nobilitatis concidit, Ec-
clesiis & Scholis prorsus eversis, Turcico
autem Tyranno florentissimas regiones
occupante, quas duro servitutis jugo ad-
huc premit, Christianis Principibus inte-
rim in se suosque sævientibus; Principum
quippe Græciæ cum Imperatore suo dis-
sensione tandem *Turcica potentia*, dum
allicitur *per Iohannem Cantacuzenum &*
Iohannem Palæologum, simul invehi-
tur in proprium exi-
tium.

IMP.

IMP. ORIENTIS.

TMEMA I.

1. NICEPHORUS Logotheta.

1. Irene Imperatrice in Lesbum relegatâ invadit imperium, crudelitate & avaritiâ conspicuus. 812

2. Pacem init cum Carolo Magno hâc conditione, ut ambo *Augusti fratresque* dicantur, Orientis alter, alter Occidentis.

3. Accisis imperii viribus infausto post distractionem initio *Tributarius* Aaronis, Principis Saracenorum potentissimi, auri copiâ magnâ & annuo tributo pacem emit, pudendâ quidem, sed tum necessariâ pensione. Hinc *Aurotheta* dignior nomine esset; tria enim millia numismata in tributum proprii capitis pendebat, & tria Filii ejus, tricena millia regnum.

4. Pipino, Caroli M. Filio, suppetias fert contra *Venetos*, ex quo bello Victores Veneti regni sui sedem *Ducatu* stabiliunt.

5. Bulgaros inconsultius multò quàm rerum suarum & temporum illorum ferebat ratio lacessens capitur & decollatur à Crumo Rege Bulgarico, ejusque *Crani-*

um pro poculo inter Barbaros usurpatur.

2. *MICHAEL Curopolates.*

811 1. Fœdus cum Carolo à Nicephoro percussum renovat.

2. Bello infelix contra Bulgaros, proditus à Copiarum Præfecto Leone.

3. Pertæsus imperii missis Leoni regni insignibus Monasterium ingreditur.

3. *LEO V. Armenius.*

813 1. Cum Ludovico Pio renovat amicitiam per fædus.

2. Crumum adversus Constantinopolin exercitum ducentem repellit.

3. In templo cantans occiditur insidiis Michaelis Balbi, quem majestatis reum in custodia haberi jusserat.

4. *MICHAEL Balbus.*

820 1. Leone Conspiratorum technis occiso in carcere Imperator salutatur.

2. Linguâ tardus, rudis literarum, impius, crudelis.

3. Saraceni Hispanienses *Cretam* occupant; & aliquot post annis Saraceni Africani Siciliam sibi subjiciunt; posteaque magnam partem Italiæ, præsertim in Apulia & Calabriâ. Euphemium in *Siciliam* ad Saracenos coercendos mittit, sed eam amittit

amittit cum ingenti Italiæ & Græciæ incommodo, Saracenis eam per ducentos & amplius annos insidentibus.

4. Thomam rebellantem maritimis copiis vincit crudeliterque occidit.

5. Cretam Saracenis eripere tentat.

5. *THEOPHILVS.*

1. Justitiæ defensor, studiorum cultor, imaginum hostis. 829

2. Calvaster omnibus tonsuram præcipit.

3. Lupanaria vetat.

4. A Saracenis affligitur, & ob amissos Duces mœrore expirat.

6. *MICHAEL III.*

1. Cum matre Theodorâ regnat moderatè, eaque semota pessimè cum scurris, mimis, lenonibus, scortis, è quorum sodalitio unum Gryllum, cynædum pessimum, per ludum facit Patriarcham Constantinopolitanum. 842

2. Bonarum literarum & scholarum Philosophicarum restauratorem *Bardam Cæsarem* è medio per sicarios tollit.

3. Saraceni Cretam eripiunt, & hinc inde Imperium vellicant.

4. Vitam turpiter transactam sequitur turpis exitus, à Basilio, Imperii Consorte,

ſorte, per dolum ſublatus, ut ſolus potiretur regno.

7. BASILIUS *Macedo.*

867 1. Patre agricola natus primùm ſervus Theophilizæ, deinde Patritius & Protoſtrator interfecto Barda, demumque adoptatus à Michaele Imperatore Imperii pars & ſocius fit.

2. In adminiſtratione rerum civilium pervigil, in audiendis ſubditis comis, in juſtitiâ acer, in egenos liberalis, in ædificandis & reficiendis templis aliisque ædibus ſacris aſſiduus.

3. Synodo prævia *Photium*; Epiſcopum Conſtantinopolitanum, ſede deturbat, ejusque libros comburit.

4. *Saracenos*, qui ex Creta moventes magnam Peloponneſi partem occupaverant, paſſim profligat.

5. Inter multos pro Republicâ & Eccleſiâ exantlatos labores tandem ſucceſſore Filio declarato obit febri.

8. LEO VI. *Philoſophus.*

887 1. Princeps ſapiens & doctus, rei militaris peritus, *Tactica*, quæ etiamnum extant, optimè ſuæ genti tradidit. Præceptorem habuit Michaelem Pſellum, cujus ſcripta adhuc extant.

2. Legem

2. Legem Patris Basilii *de usuris non sumendis* per se bonam abrogare cogitur, quod nemo gratis pecuniam suam commodare cuipiam vellet.

3. Juris Cæsarei corpus Græcè novat ex Digestis, Codice, Institutis, Novellis, nec non ex προχείρῳ Νόμῳ à seipso & Constantino Fratre conscripto sub Βασιλικῶν nomine libris LX. complet.

4. Adversus Bulgaros Turcarum Ugrorumque auxiliis cum detrimento utitur.

9. ALEXANDER.

Leonis frater, Princeps impius, tutorio nomine Imperium accipit, donec adolesceret Constantinus. 911

10. CONSTANTINUS VIII.

1. Porphyrogennetus dicitur; Virtutibus juxta & vitiis clarus. 912

2. In regno varias insidias evitat, nunc solus, nunc cum aliis regnans dubiâ fortunæ aleâ.

3. Literarum studia egregiè excolit, ipseque diversa scripta Reipublicæ necessaria componit, quorum quædam adhuc extant.

4. Italiâ intestinis bellis afflictâ Calabriam, Apuliam, partemque Campaniæ, Du-

Ducum tunc Longobardorum Beneventi & Capuæ commorantium, recuperat.

5. Septuagenario major Imperium deponit.

11. ROMANUS Lecapenus.

919 1. Malus Princeps & voluptuarius, vino & otio deditus.

2. A Filiis imperio privatur, & Monasterio includitur.

12. NICEPHORUS Photas.

963 1. Filiis Romani duobus præteritis ab exercitu Imperator acclamatur, & Constantinopoli à Polyeucto Patriarcha coronatur.

2. Bello impiger res præclarè gerit in Cilicia adversus Saracenos, Cretamque 140. annis à Barbaris obtentam recuperat.

3. Immanium tributorum exactor venit in odium & contemtum subditorum, & à Johanne Zemisce Præfecto subornatâ per uxorem malitiâ subdolè tollitur.

13. IOANNES Zemisces.

969 1. Barbarorum terror Russos, Scythas & Turcas vincit.

2. De Persis triumphat, imagine S. Mariæ currui impositâ.

3. Eu-

3. EunuchiBasilii perfidiâ veneno perit.

4. Ab eo in consortium imperii adsciti.

14. BASILIUS & CONSTANTINUS.

1. Basilius avaritiâ morumque acerbitate; Constantinus ignaviâ, se invisos reddunt. 975

2. Constantinus tres relinquit Filias, Eudoxiam, Theodoram & Zoen.

15. ROMANUS Argyropylus.

1. AConstantino Gener & imperii hæres eligitur. 1028

2. Uxorem Zoen adulteram tolerat, & à Michaele adultero occiditur.

3. Reditibus Ecclesiæ 80. auri libras quotannis ex ærario addit.

4. Syriam perdidit.

16. MICHAEL IV. Paphlago.

1. Ex Argentario fit Imperator, moribus deformis. 3034

2. Per scelus imperium invadit, per pietatem deponit Ascetarum amplectens instituta.

3. Sicilia amittitur; Bulgari deficiunt.

17: MICHAEL Calaphates V.

1. Privatur oculis ob uxorem perfidè. 1041

repu-

repudiatam, & cum Constantino Cæsare Patruo suo relegatur.

18. CONSTANTINUS Monomachus.

1042 1. Princeps stupidus, prodigus, adulter, uxorius.

2. Sub eo *Normanni* Apuliam occupant; *Saraceni* deficiunt Persidemque invadunt.

19. THEODORA.

1056 Optima Augusta feliciter & moderatè imperat.

20. MICHAEL *Stratonicus VI.*

Miles exercitatus, sed rudis in imperando, unde regno se ipsum abdicare cogitur.

21. ISACIUS *Comnenus.*

1057 1. Præfectus Legionum tyrannicè imperium invadit.

2. In venatione apro prodigioso territus vestem induit Monachicam in Studensi Monasterio.

3. Ædem D. Teclæ erigit.

22. CONSTANTINUS *Ducas.*

610 1. In Deum pius ejus ope Scythas magno fundit prælio.

2. Conscribitur jussu ejus à Michaele Atta-

Attaliata, Proconsule & Judice, *Opus Nomicum* seu *Pragmaticum*, quod *Synopseos* nomine adhuc extat.

3. Tres relinquit filios, eosdemque Imperatores cum Eudoxia conjuge, Imperii curatrice constituit.

4. Eudoxia Virum sibi adjungit Romanum, cognomento Diogenem.

23. MICHAEL Ducas, VI.

1. Coronatur à Joanne Xiphilino Patriarcha, qui Epitomen Dionis composuit. 1071
Præceptor ei fuerat Psellus Mathematicus, cujus extant libri de Mathematicis disciplinis.

2. Princeps ignavus nulliusque animi in Monasterium detruditur, urgente Nicephoro.

3. Eudoxia immemor fidei, *Romano Diogene* in maritum sibi lecto, habenas imperii arripit, re malè cedente; iste enim oculis privatus, illa in Monasterium detrusa.

24. NICEPHORUS Botoniates.

1. Ex Imperatore fit Monachus, Alexio urgente, passus quæ fecerat ipse, à Comnenis imperio exutus. 1078

R *25. ALE-*

25. *ALEXIUS Comnenus.*

1. Infelix bello ad pacis ſe convertit ſtudia, redemtâ ab Henrico Imp. pace.

2. Orphanotrophia erigit, & gymnaſium fundat.

26. *IOHANNES Comnenus.*

1118 1. E conjugio Pater filiorum quatuor, *Alexii, Andronici, Iſaacii, Manuelis*, minimi natu, cui dignitas *Sebaſtocratoris* obtigit.

2. Scythas Thraciam invadentes vincit, & Perſas callidè ſuperat.

3. Lectulo in aciem delato filios animat.

4. Sagitta ſe ſaucians in venatione obit.

27. *MANUEL Comnenus.*

1143 1. Aſtrologicis prædictionibus addictus, luxurioſus, hypocrita.

2. Ducit è Germaniâ Bertham, Filiam Berengarii Comitis Sultzbacenſis, feliciſſimi ſoceri duorum Imperatorum, Romani & Græci.

3. Chriſtianorum ſub Conrado III. expeditionem ad recuperandam Palæſtinam moratur, dolôque peſſimo calcem vivam farinæ miſcet, unde magno numero [illegible]riuntur.

3. Infe-

3. Infeliciter cum Iconienſi Sultano pugnat.

28. ALEXIUS Comnenus.

1. Sponſa adoleſcentulo ſpondetur Agnes, filia Philippi Franciæ Regis. 1180

2. A Tutore Andronico necatur quindecim annorum puer.

29. ANDRONICUS Comnenus.

1. Interfectis, quotquot Imperatori Manueli fideles cognoverat, regnum uſurpat; Alexio fidelitatem jurat, mox eo interfecto & regnum & uxorem ſibi jungit. 1183

2. Nicæam, quæ ab ipſo defecerat, fruſtra oppugnat.

3. Horribili vitæ exitu luit pœnam infidelitatis & tyrannidis ſuæ immanis contra Francos & Latinos, Conſtantinopoli trucidatos.

30. ISAACIUS Angelus.

1. Fœdus cum *Saladino* init, nocetque Recuperatoribus Palæſtinæ ſub Friderico Barbaroſſa. 1184

2. Filia Irene Rogerio, Siciliæ Regi, nuptum datur; deinde Philippo, Barbaroſſæ Filio.

3. Ab Alexio Fratre exoculatus carceri mancipatur.

31. ALEXIUS Ducas, IV.

1195 1. Parricidio infamis in fugam compellitur, restituto in imperium Alexio, Isaaci Angeli Filio.

32. ALEXIUS V. Murzuflus.

1. Philippi Sueviæ Ducis auxilio redditur regno.

2. A Myrtillo vitâ & imperio privatur.

1204 3. Occupatâ à Francis, qui *Latini* appellabantur, Constantinopoli Imperii decus Balduino, Flandriæ Comiti, obtingit.

TMEMA II.

EXPEDITIO in terram Sanctam sive *Palæstinam* instituta sub PHILIPPO, Rege Francorũ.

1. Eoum hactenus regnum tenuit gens Pontica Græca, sed cædibus & crebrâ seditione, intestinâque Principum discordiâ post varias tragœdias deficit, & à Græcis *ad Francos* Imperium transfertur.

IMPERATORES Orientis ex Militiâ sacrâ FRANCORUM.

1. BALDUINUS, Comes Flandriæ.

Flandriæ Comes, quo à Bulgarorum

Rege

.ege Johanne capto & interemto succe-
.it Frater.

2. HENRICUS.

Pace cum Bulgaris firmatâ Ducis eo- 1205
'um Filiam ducit, cui succedit Gener.

3. PETRUS, Comes Altisiodorensis.

A Theodoro Lascari in itinere interi- 1216
nitur, Imperium interim administrante
ıxore Jolanda, donec accerseretur ex Gal-
lis Filius.

4. ROBERTUS. 1221

5. BALDUINUS. 1228

Ultimus Latinorum Imperator, qui in
Oriente imperarunt, profugus in Galliâ
consenescit. Francisque imperio detur-
batis *Palæologi* sceptrum obtinent.

TMEMA III.

IMPERATORES

ORIENTIS ex Palæologorum familiâ.

1. MICHAEL Palæologus.

1. Primus splendorem imperatorii no- 1262
minis intulit familiæ suæ, eâ gloriâ ducen-
torum propè annorum successione felix.

2. Constantinopolin noctu per prodi-

tores introitu dato recuperans Latinis eripit regnum acto in fugam Balduino.

3. Cum Genuensibus constituit pacem perpetuam.

Curopal. de Official. Constant. p. 137.

2. *ANDRONICUS I.*

1283 1. Ejus Palatium virtutis & justitiæ officina.

2. Imperii consortem facit Michaelem Fratrem, eoque defuncto Constantinum Despotam.

3. *ANDRONICUS II.*

1328 1. Avum, à quo coronabatur, imperio exuit.

2. Inter dissidia Græcorum Ottomannicum imperium crescit.

4. *IOANNES Cantacuzenus.*

1341 1. Tutor datus Johanni Palæologo imperium invadit.

2. Filiam *Orchani Turcarum Regi* cum damno Græciæ elocat; Pupillo *Ioanni* alteram.

3. Contra Genuenses, sociis Venetis & Rege Arragonum, bella gerit infausto exitu.

4. Regno exactus ad exilii sui solatium Monasterium ingreditur, atque ibi assum-

to

mine, quo tristius nil cogitari potest, doctrinarum & Ecclesiæ præcipua sedes, expulsis in Italiam aliasque Regiones Viris piis & doctis.

4. Avulso Oriente immortale odium & nunquam sanabile vulnus inter finitimos *Turcas & Christianos* hucusq; durat, Deo interim non permittente pro suâ in nos misericordiâ, ut portæ Ottomanicæ prævaleant. Conatibus Tyranni illius Byzantini pessimis obstat hodie *una & unica Respublica Veneta*, quæ hoc currente anno terrâ marique cum Barbaro confligit & utrobique vincit. Digitus Dei hic est.

Sic habuit finem tua, Constantine, *propago*.
Et subito casu, quæ valuêre, ruunt.

IMPERII ROMANI
Periodus III.
Imperii ad Germanos Translatio.

1. Rebus sub Byzantinis Imperatoribus negligenter constitutis mœstum variis infortuniis imperium *Carolus Magnus* reficit, & in magnâ rerum omnium jactatione ac nutatione multa & magna gerendo *Occidentale imperium*, inter Gothorum, Vandalorum & Longobardorum furores collapsum, resuscitat, magno successu auget, majori-

3. Infeliciter cum Iconiensi Sultano pugnat.

28. ALEXIUS Comnenus.

1. Sponsa adolescentulo spondetur Agnes, filia Philippi Franciæ Regis. 1180

2. A Tutore Andronico necatur quindecim annorum puer.

29. ANDRONICUS Comnenus.

1. Interfectis, quotquot Imperatori Manueli fideles cognoverat, regnum usurpat; Alexio fidelitatem jurat, mox eo interfecto & regnum & uxorem sibi jungit. 1183

2. Nicæam, quæ ab ipso defecerat, frustra oppugnat.

3. Horribili vitæ exitu luit pœnam infidelitatis & tyrannidis suæ immanis contra Francos & Latinos, Constantinopoli trucidatos.

30. ISAACIUS Angelus.

1. Fœdus cum *Saladino* init, nocetque Recuperatoribus Palæstinæ sub Friderico Barbarossa. 1184

2. Filia Irene Rogerio, Siciliæ Regi, nuptum datur; deinde Philippo, Barbarossæ Filio.

3. Ab Alexio Fratre exoculatus carceri mancipatur.

31. *ALEXIUS Ducas, IV.*

1195 1. Parricidio infamis in fugam compellitur, restituto in imperium Alexio, Isaaci Angeli Filio.

32. *ALEXIUS V. Murzuflus.*

1. Philippi Sueviæ Ducis auxilio redditur regno.

2. A Myrtillo vitâ & imperio privatur.

1204 3. Occupatâ à Francis, qui *Latini* appellabantur, Constantinopoli Imperii decus Balduino, Flandriæ Comiti, obtingit.

TMEMA II.

EXPEDITIO in terram Sanctam sive *Palæstinam* instituta sub

PHILIPPO, Rege Francorũ.

1. Eoum hactenus regnum tenuit gens Pontica Græca, sed cædibus & crebrâ seditione, intestinâque Principum discordiâ post varias tragœdias deficit, & à Græcis *ad Francos* Imperium transfertur.

IMPERATORES Orientis ex Militiâ sacrâ FRANCORUM.

1. *BALDUINUS, Comes Flandriæ.*

Flandriæ Comes, quo à Bulgarorum Rege

Rege Johanne capto & interemto succedit Frater.

2. HENRICUS.

Pace cum Bulgaris firmatâ Ducis eorum Filiam ducit, cui succedit Gener. 1205

3. PETRUS, *Comes Altisiodorensis.*

A Theodoro Lascari in itinere interimitur, Imperium interim administrante uxore Jolanda, donec accerseretur ex Galliis Filius. 1216

4. ROBERTUS. 1221

5. BALDUINUS. 1228

Ultimus Latinorum Imperator, qui in Oriente imperarunt, profugus in Galliâ consenescit. Francisque imperio deturbatis *Palæologi* sceptrum obtinent.

TMEMA III.

IMPERATORES

ORIENTIS ex Palæologorum familiâ.

1. *MICHAEL Palæologus.*

1. Primus splendorem imperatorii nominis intulit familiæ suæ, eâ gloriâ ducentorum propè annorum successione felix. 1262

2. Constantinopolin noctu per proditores

tores introitu dato recuperans Latinis eripit regnum acto in fugam Balduino.

3. Cum Genuensibus constituit pacem perpetuam.

Curopal. de Official. Constant. p. 137.

2. ANDRONICUS I.

1283 1. Ejus Palatium virtutis & justitiæ officina.

2. Imperii consortem facit Michaelem Fratrem, eoque defuncto Constantinum Despotam.

3. ANDRONICUS II.

1328 1. Avum, à quo coronabatur, imperio exuit.

2. Inter dissidia Græcorum Ottomannicum imperium crescit.

4. IOANNES *Cantacuzenus.*

1341 1. Tutor datus Johanni Palæologo imperium invadit.

2. Filiam *Orchani Turcarum Regi* cum damno Græciæ elocat; Pupillo *Ioanni* alteram.

3. Contra Genuenses, sociis Venetis & Rege Arragonum, bella gerit infausto exitu.

4. Regno exactus ad exilii sui solatium Monasterium ingreditur, atque ibi assumto

to Monachi habitu, *Ioasaph* dictus, scribit contra Saracenorum hæresin Apologias quatuor totidemque Orationes contra Mahumetum.

5. IOHANNES *Palæologus.*

1. Cum Turcarum Rege societatem init, ut Bulgaros reprimat. 1360

6. ANDRONICUS III. } Fratres
7. EMANUEL *Palæologus* }

8. IOANNES *Palæologus.*

1. Ab Eugenio Pontifice Rom. ad Concilium Florentinum invitatus, insigni comitatu comparuit. 1425

9. CONSTANTINUS *Palæologus.*

1. Diversis præliis Turcas prosternit, quibus postea fit tributarius, tandem Constantinopoli victâ victori ludibrium capite ejus per urbem & castra circumgestato.

2. CONSTANTINOPOLI captâ cessat cum Constantino Græcorum in Oriente regnantium imperium, *Mahomete II.* d. 29. Maji an. 1453. urbem intrante cum maximo Christianismi damno. 1435

3. Urbium illâ Reginâ captâ cadit *corona Imperii Orientalis*, & simul alto de cul-

mine, quo tristius nil cogitari potest, doctrinarum & Ecclesiæ præcipua sedes, expulsis in Italiam aliasque Regiones Viris piis & doctis.

4. Avulso Oriente immortale odium & nunquam sanabile vulnus inter finitimos *Turcas & Christianos* hucusq; durat, Deo interim non permittente pro suâ in nos misericordiâ, ut portæ Ottomanicæ prævaleant. Conatibus Tyranni illius Byzantini pessimis obstat hodie *una & unica Respublica Veneta*, quæ hoc currente anno terrâ marique cum Barbaro confligit & utrobique vincit. Digitus Dei hic est.

Sic habuit finem tua, Constantine, *propago*.
Et subito casu, quæ valuêre, ruunt.

IMPERII ROMANI
Periodus III.
Imperii ad Germanos Translatio.

1. Rebus sub Byzantinis Imperatoribus negligenter constitutis mœstum variis infortuniis imperium *Carolus Magnus* reficit, & in magnâ rerum omnium jactatione ac nutatione multa & magna gerendo *Occidentale imperium*, inter Gothorum, Vandalorum & Longobardorum furores collapsum, resuscitat, magno successu auget, majori-

majoribus consiliis suffulcit, Orientali propriis Imperatoribus relicto.

2. Longobardorum in Italiam infusione *factiones* perpetuæ gliscebant *inter Exarchos* Ravennæ nomine Imperatoris subsistentes & *Longobardos*, contra quos vocatu Senatûs populique Romani, nutu Papæ, consensu Imperatoris Orientalis Nicephori, Carolus ille Magnus accersitus Dominatum illum Longobardicum fregit, & in hanc nostram nationem Germanicam non sine insigni virtute hoc augustum Imperii Romani nomen intulit. Inde *Romanô-Germanicum* nuncupatum.

3. Translato ab Oriente in Occidentem imperio sub felici sceptro Caroli illius verè Magni *Italia, Gallia & Germania* unione admodum salutari coadunantur. Nullo unquam vinculo reuniri valuit regnum Orientis cum Occidentis imperio unumque in corpus ac systema recoalescere, tentante frustra Carolo συναρμογὴν, eoque ipso spe citius dilabebatur Byzantinorum thronus. In Occidente adhuc imperii summi majestas hospitatur, & angustis sub finibus (missis regnis Galliæ, Angliæ, Hispaniæ, Italiæ, & aliquâ parte Germaniæ) felicissimos nunc annos numerat sub tranquillo

imperio Leopoldi I. sic transeunte gloriâ imperii de uno loco in alterum. Orandum est, ut pace nobis per Dei gratiam redditâ posthac consilia fiant sana in corpore Reipublicæ sano.

Periodus III.

CLASSIS I.

A CAROLO MAGNO usq; ad Interregnum magnum ante RUDOLPHUM HABSBURGENSEM.

THEMA I.

IMPERIUM CAROLIDARUM sive *Cæsares generis Carolini.*

I. CAROLUS MAGNUS.

A. C. 800 PIPINI, Regis Francorum, Filius, è Germanis primus in Occidente Regnum obtinet; vacillante per negligentiam Impp. Orientalium imperio *Augusti* titulum recipit, sacratissimique Imperii *Romano Germanici* conditor evadit, nomine tunc Imperatoris in Græciâ titulotenus existente, in Italiâ autem prorsus exulante.

2, Prin-

2. Princeps animi & corporis robore magnus,magnanimus,pius,constans,temperans, lenis, affabilis, benignus, ab omni ambitione & superbiâ alienus, juri dicendo studiosus, literarum literatorumque Nutritor magnificus,erga Ecclesiam & Ecclesiasticos munificus.

Eginhardus in vita Caroli M.p 9.10.11. *Marianus Scotus l.* 3. *hist.at.*6.*p.*439. *Sigebertus Chron.pag.* 556.557. *Siffridus Presbyter.lib.*1. *hist.p.*686.

3. Coronatur à Leone III.Papa Romæ in Ecclesiâ D. Petri die natali Christi. Natalis hic annus & dies Romano-Germanici Imperii novantiqui Occidentalis.

*Regino lib.*2.*Chron.p* 34. *Sigebert.p.*557. *Eginhard. p.*11. *Annal. Caroli p.*32.33. *Albertus Stadensis Chron.fol.*85.

4. Quatuor ei conjuges,iisque defunctis quatuor Concubinæ fuerunt. Prima conjux *Hermingardis*, Desiderii Longobardorum Regis Filia, annoque vix peracto repudiatur. Secunda *Hildegardis*, è quâ ei nati Carolus, Pipinus & Ludovicus. Tertia *Fastrada*. Quarta *Luitgardis*. Concubinarum nomina dantur *Gersvinda*, *Reginopyrga*, *Adelinda*, *Himmeltruda*, quę ei peperit Pipinum degenerem.

*Eginhard.in vita c.p.*8.*Sigeb ad A.*792.*p.*556.

5. Varia

5. Varia & difficilia gessit bella. Bello omnium gravissimo *Saxones* sub Witekindo aggreditur primus, quod durat triginta duobus annis. *Hunnos* Germaniam vastantes octavo demum anno subigit. *Longobardos* Desiderio eorum Rege capto Italiâ ejicit, extinctoque Longobardorum regno Filium Pipinum, Italiæ Regem, constituit. *Aquitanos* sub Hunoldo inquietos in ordinem redigit. *Saracenos* in Hispaniâ vincit. *Bajoarios* sub Thassilone insurgentes compescit: *Brittones* & *Danos* domat. *Bohemiam* per Legatos placat.

Eginhardus pag. 4.5.6.7. *Regino p.* 25 26.30. *Gotfridus Viterb.* 17. *Chron. p.* 442. *Sigebert. p* 552.558. *Hepidani Annal. pag.* 7. *Alb. Stad. Chron. f.* 78.79 80 81.83.84 *Vinc. Beluac.* 23. *Spec. Hist.* 170. *f.* 330. *Crantz.* 2. *Sax. cap* 3.4. *p.* 31. *cap* 5.6. *pag.* 32. *Lupold de Bapenberg. de princ. Germ. Zelo in relig c.* 4. *f.* 9.

6. Castro Eresburg expugnato Idolum *Irminseul* sive statuam Hermanni, à Saxonibus cultam, evertit, & primus in regiones Saxonicas religionem Christianam propagat.

Regino sub A. 771. *p.* 25. *Witichind.* 1. *Ann. p.* 6 *Lambertus Schafnaburg. p.* 153. *Crantzius.* 2. *Sax* 9. *p.* 35. *Rolevinc. Fascic. T p.* 164.

7. Comitia, Synodos & Conventus convo-

convocat Reginoburgi an. 792. Paderbornæ an. 777. Wormatiæ 787. Ingelhemii 788. Francofordiæ 794. Aquisgrani 797. & 809. Turoni, Cabilone, Rhemis, Arelati, Moguntiæ 813. Compostellæ, 803. ubi Ecclesiæ statuitur Primas S. Jacobus adhuc θρησκεία ibidem clarus.

Annales Regum. Franc. p. 22. 26. 27. 29. 40. Regino p. 25. 27. 31. Turpinus in Vitâ Carol. cap. 19. p. 79. Vincent. 24. spec. hist. 17. f. 333. b. Lupold de Babenperg. c. 11. f. 16. b.

8. Episcopatus condit & instituit Halberstatensem anno 777. Bremensem 788 Monasteriensem 791. Paderbornensem & Osnabrugensem. Monasteria varia fundat, plurimaque beneficia Cœnobitis præstat. Templum Aquisgrani S. Mariæ dicat.

Fundationis Ecclesiæ Bremensis litera an. 788. data apud Chytr. lib. 3. Saxon. p. 944. Crantz. 1. Saxon. 14. p. 38. c. 23. p. 46. 1. Metrop. 3. p. 5. c. 5. p. 6. c. 7. p. 7. c. 14. p. 38. Lupold. Babenp. c. 9. f. 14

9. Consilio Alcuini Præceptoris & auspiciis duorum Scotorum instituit *Academiam Parisiensem* in Gallia; cui adjicit *Papiensem & Bononiensem* in Italiâ. Fundat item *Scholam Osnabrugensem*, & *Collegia Canonicorum* instituit, ut essent Scholæ doctrinarum & pietatis.

Crantz. 1. Metrop. 2. p. 3. 4. 2. Saxon. 40. p. 37.

10. Ser-

10. Sermonem nostrum patrium excolit. Mensibus nomina indit germanica. Gesta memoratu digna colligi & conscribi, sibiq; etiam in mensâ prælegi jubet. Textus Evangelicos pro Ecclesiis ordinare præcipit Alcuino. Ipse se scribendo exercet.

Eginhardus in Vitâ C.p.10. Vicent. Belnac. 23 Spec. hist. 175. f. 331. Crantz. 2. Sax. 8. p. 34. 35.

11. Testamentum conficit de divisione regni inter Filios, congregatisque Regni primoribus Ludovicum Filium, Aquitaniæ tunc Regem, consortem sibi totius regni & imperialis nominis hæredem constituit anno 813. isque anno sequenti moritur ætat. LXXII. Aquisgrani pleuritide, verè Pater Orbis.

Eginhard. in Vit. Car. p. 12. 13. Annales Franc. p. 40. Alb. Stad. f. 86. 87.

2. LVDOVICVS PIVS.

814 1. Magni Patris magna soboles à studio religionis & in Ecclesiam liberalitate Pius appellatur.

Anonymus Autor Vitæ Ludov. p. 55. 60. 64.

2. Aquisgrani Imperator salutatur, coronatus & unctus Remis à Stephano IV. Papa.

Marianus Scotus p. 440.

3. Uxores habuit duas, *Irmengardem*, Lotha-

Lotharii, Pipini & Ludovici matrem; & *Juditham*, filiam Welfonis, primi Comitis Altorfensis, ex qua suscepit Carolum Calvum.

Autor anonymus p.44. Marianus p.440 Freculphus præfat. Chronicorum Tom.2. Albertus Stad. f.87.

4. Biennio regni exacto *Lotharium* majorem natu filium, consortem imperii assumit. *Pipinum* Aquitaniæ, *Ludovicum* Bajoariæ Reges constituit. Pravis consiliis inductus dominandiq; libidine incensus *Bernardus*, Pipini majoris Filius, Italiæ rebellat, qui vix Alpibus superatis capitur oculisque privatur.

Sigebert. p.561. Aimoni Continuator 5.18.19. Hermannus Contractus p.129. Annales de Ludov. pag.40 43. Regino l.2. pag.40. Albertus Stad. fol.87.

5. Bella perosus studia pacis amabat, Saxones clementiâ sibi reddit magis fidos: sed idem provocatus ad arma æquè fortis fuit, Marte clarus militiâque contra varios hostes hinc inde surgentes, *Slavos, Danos, Britannos*, *Saracenos*, tandemque *contra proprios Filios*, regnum affectantes.

Annales de Ludov. p.43.52.53. Ludolp. de Babenperg. c.4 f.9 Marianus p.440.

6. Infausto & nefario bello *à Filiis* oppugnatur, primasque fert in hâc persecu-

tione

tioneLotharius, cujus & rebellium copias instructâ acie expectat inter Argentinam & Basileam in campo dicto mendaciorũ sive Lügenfeldt. Gregorio tunc Papa interveniente arma utrinque posita fuêre.

Marianus p.441. Annales de Ludov.p.56. Vincentius Bel.24.Spec.34.p.335. Annales Bertini c.42.Crantz.2.Sax.23.p.47.

7. Imperium ex consilio pravo Primatum, maximè Ecclesiasticorum, ejurare cogitur, destitutusq; auxilio & consilio in vinculis circumducitur, sub custodiâ claustrali apud Suessiones detinetur, postea restituitur ab Optimatibus Monasterio evocatus, uxoremq́; unà exMonasterio recipit.

Regino lib.2.p.40.41.Herm. Contr.p.154. Sigebertus p.563.Lamb.S.p.14.Crantz.1. Metrop.27.p.20.

8. Scholas ad Christianismi propagationem hinc inde à Parente institutas fovet. Hildesheimensem Ecclesiam instituit. Corbejense Monasterium ad flumen Visurgin fundat. Monasteria institutis strictioribus ordinat, Ecclesiasticum statum reformat, Cleri mores dissolutiores emendat; LegesEcclesiasticas & civiles promulgat; Ecclesiæ Romanæ amplissimorum redituum donationem, ab avo Pipino & Carolo

oloPatre & se concessam diplomate con-
irmat.

Annales de Ludov.pag.44.Sigebert.pag.561. Lamb.Schafn.pag.154.Gotfridus Vit. p. 463. Vincent.Beluac.24. S. H. f. 335. Lupoldus de Babenp.de Zelo.l.C.c.11. f.16. Crantz.1. Metrop.10.p.10. & c.26.p.19.

9. Haraldum, Daniæ Regem, ad baptismum adducit, & EricoRegi S. Ansgarium Episcopum mittit cum Collegis, quorum ministerio inDaniæ regno semen Evangelii spargitur.

Marianus p. 441. Rolevinc. in Fasc. T. p.65. Alb.Stadens.f.87.89. Crantz 2 Sax.25.p.471

10. Moguntiæ moritur, tumulatur Mediomatricibus in Lotharingiâ juxta tumulum Hildegardis Matris ætatis LXIV. Eclipsis & Cometa ejus obitum antecedunt.

Regino lib.2 p.41.Herm.Contr.p.130.Albert. Stad.fol.90.

3. LOTHARIVS.

1. Patre etiamnum vivoCæsareâ digni- 840
tate ornatur Aquisgrani; & Romæ diePaschatos in Ecclesiâ B. Petri à Paschali Papa coronam suscipit.

Sigebertus p.561. Albert.Stad.f.88.

2. Nuptias celebrat inTheodonisvillâ cum Irmingarde, Hugonis Comitis & Ba-

væ Filiâ, cum quâ genuit Ludovicum, Lotharium & Carolum.

Regino lib. 2 p. 41. Marianus p. 441. col. 1. Albertus Stadens. fol. 88.

3. Primogenitus Pii impiè & perfidè Patrem oppugnat, eoque reconciliato veniam omnium impetrat.

vide in Lud. Pio num. 6.

4. Decertat acri bello *cum Fratribus* de imperii divisione, Sergio Papa se interponente, magnoque prælio primum prope Fontaneum vincitur à Ludovico & Carolo Calvo; deinde in Sentiacâ valle.

Witekindus 1. Ann. p. 9. Nithardus quatuor libris à Pithæo editis. Regino p. 41. Marianus 3. 6. p. 442. Sigebertus pag. 564. Siffridus p. 687. Herm. Contr. p. 154. Rolevinc. Fascic. T. f. 66. a. Otto Frisingensis 5. Chron. 53. fol. 62. b. Alb. Stadens. fol. 91.

5. Ab ejus nomine, vel, ut alii volunt, à filio ejus secundo genito, *Lotharingia* nomen accipit.

Regino lib. 2. p. 41. Marianus 3. 6. p. 442.

6. Relicto Imperio & regno filiis diviso sumit cucullum Monachalem Prumii, tactus scelerum in Patrem commissorum pœnitentiâ.

Regino 2. pag. 42. Gotofrid. Vit. part. 17. p. 463. Rolevincus pag. 66. Belnacensis 24. S. H. 37. fol. 336.

4. LUDO-

4. LUDOVICUS.

1. Regni Lombardici coronam à Sergio Anno 844. Imperialem à Leone IV. anno 849. & ab Hadriano II. regni Lotharii Fratris coronam accipit anno 871. 859

Herm. Contr. p. 130. Sigebert. p. 566.

2. Imperator optimus, pace bonus, meritis consiliisque gravis, de Imperatoris nomine disceptat cum Basilio Macedone, Orientis Imperatore.

Regino lib. 2. p. 54. Scriptum pro defensione tituli Imper. apud Goldast. Constit. Imp.

3. Uxorem habet Luitgardam, Ericonis Gvelfi filiam, ex quâ suscepit Irmengardim à Carolo Calvo, Postea Bosoni, Regi Provinciæ, collocatam.

Regino lib. 2. p. 57. Marian. p. 444.

4. Beneventanorum Ducem *Adalgisum*, Græcorum præsidiis contra se insurgentem, compescit, civitates Campaniam & Lucaniam in deditionem recipit; sed fraude Ducis periclitatur, atque ad pactum juratò ineundum tractus juramenti nexu per Papam Joannem absolvitur.

Regino lib. 2. p. 52. 53. 54. Sigebertus p. 568.

5. Italiam contra Saracenos, agri Beneventani depopulatores, defendit.

Gothof. Viterb. 17. p. 464.

6. Moritur absque masculâ prole Mediolani, & in Basilica Ambrosianâ sepelitur.

Regino 2. pag. 54. Herm. p. 131. Marian. p. 443. Sigebert. p. 569.

5. CAROLUS CALVUS.

875 1. Ludovici Pii ex Juditha Filius à Johanne VIII. Pontifice coronam accipit imperii largitionibus contra Fratrem natu majorem Ludovicum, Germaniæ Regem.

Regin. l. 2. p. 56. 57. Marian. p. 443. Sigeb. 569. Acta Coronationis apud And du Chesne Tom. 2. p 467.

2. Ducit Ermentrudin, Odonis Comitis & Ingeltrudis filiam, ex quâ suscipit tres filios, Carolum, Carolomannum, Ludovicum. Carolus trucidatur ob juvenilem petulantiam incauto animo. Carolomannus oculis jussu Patris privatur, Abbas factus Cœnobii Spiernacensis.

Regino lib. 2. p. 52.

3. Controversiam movet Ludovici, Germaniæ Regis, Filiis de paternis ditionibus. Ludovicus junior gladio suum jus tuetur, cladeque felici apud Andernacum vincit Patruum.

Regino lib. 2. pag. 56. 57. Sigebert. p. 569. 570. Otto Frising 6. 6. f. 65.

4. Con-

4. Consecrat Ei calvo Eclogam *de Calvis* Hugbaldus, Elvolnensis Monachus, versibus 136. constantem, cujus vocabula omnia primam literam C. habent.

Extat libellus seorsim editus in 8. *Intulit Barthius Adversar. T.* 1. *lib.* 46. *c.* 21.

5. In Italiam evocatus Nortmannis liberum in Galliâ grassandi spatium relinquit, pacemque ab eis emit.

Regino lib. 2. *p.* 54. *Crantz.* 2. *Norvveg.* 4. *pag.* 356. *c.* 6. *p.* 357.

6. Veneno à Judæo Sedechia, quo Medico utebatur, propinato Mantuæ perit.

Regino l. 2. *p.* 57. *Sigebert. p.* 570. *Beluacensis* 24. *S. H.* 44 *f.* 337.

6. LUDOVICUS III. Balbus.

1. Ob impeditiorem & tardiorem linguam *Balbus* cognominatus turbatum regnum accipit, coronatus à Johanne VIII. Pontifice. 877

Regino lib. 2. *pag.* 57. *Sigebert. p.* 570. *Marian. p.* 444.

2. Ex *Ansgardâ*, Harduini Comitis Filiâ, quam jussu Patri severo repudiabat, tulit *Ludovicum & Carolomannum* Galliæ Regem; & secundo matrimonio ex *Adelhaida* posthumum *Carolum*, Galliæ Regem cognomento Simplicem.

Regino lib. 2. *pag.* 57. *Marian. p.* 444. *Sigebert. p.* 570. *Otto Fris.* 6. 6. *f.* 65.

3. Nihil gerit strenuè, vixque duobus annis rerum potitus Compendii in Italiâ obit, relicto Tutore proli futuræ Odone, Roberti Andegavensium Ducis Filio.

Hermann. C.p.131.

7. CAROLUS *Crassus.*

880 1. A Corporis obesitate cognomentum *Crassi* adipiscitur, ineptus hinc ad liberorum procreationem.

2. Post Patruum suum Carolum Calvum veneno sublatum magno cum exercitu superatis Alpibus Romam uxore comite contendit, & à Johanne VIII. qui & Calvum unxerat, unà cum Richardâ Conjuge ungitur, & *Imperator* appellatur.

Hermann. Cont. p.131. Marian. p.444. Sigebert. p.570.

3. Imperator trium regnorum, *Germaniæ, Italiæ & Galliæ*, duobus Fratribus Ludovico & Carlmanno mortuis, florente quidem & amplo imperio, sed infidâ admodum fortunâ nulloq; rerum successu.

Gothof. Viterb. col. 468. Regino l.2. p.97.

4. Richardin, Regis Scotiæ filiam, Conjugem suam adulterii cum Luitwaldo Vercellensi Episcopo, falsò accusatam repudiat, ipsô postea à suis repudiatô, ipsâ secedente in Monasterium Andlo.

Regino lib.2. p.63.

5. Maxi-

5. Maxima ei adversitas fuit cum *Normannis*, Galliam & Germaniam assiduarum incursionum motu concutientibus, cum quibus pacem init adsignando iis certam in Franciâ sedem, à novis incolis *Normannia* dictam, quæ antea erat *Neustria* appellitata.

Helmoldus Chron Sclavorum l. 7. p. 73. Sigebertus col. 467. Siffridus pag. 687. Vinc. Beluac. 24. H. S. 48. f. 337. b.

6. Godofredum, Normannorum Regem, pacat Frisiâ provinciâ concessâ, & Gislâ filiâ Lotharii in matrimonium datâ, simulque ex sacro baptismate Christianum factum suscipit.

Regino lib. 2. p. 60. Otto Frising. 6. 8. f. 65. b. Siffridus Presb. 687.

7. Fundat unà cum Patre *Monasterium S. Bartholomai* Francofordiæ ad *Mœnum*. Calamitatibus Ecclesiæ succurrendis vix sufficit, collapsâ fere religione inter perpetua Regum & Pontificum dissidia.

Antiquum diploma apud Latomum in stemmatibus Ecclesiæ Barthol. Hincmarus in Epistola ad Carolum.

8. Imperio dejectus bonisque omnibus spoliatus à Luitberto Archiepiscopo

Moguntino sustentatur, & eleemosynarius pie moritur in Augiensi cœnobio tumulatus.

Regino 2. pag. 63. Marianus p. 44. Godefrid. col. 467 & 478. Otto Frising. 6. 9 fol 65. b.

8. ARNOLPHUS.

887 1. E Carolomanno per Litovindæ contubernium natus prævio Procerum Imperii consensu Romæ imperiali coronâ insignitur à Formoso Pontifice.

Regino 2. p. 58. 70. Autor Compilationis Chronologicæ p. 730. Gotfrid. 17. p. 470. Otto Fris. 6. 13. f 66 b.

2. Uxores duas habuit 1. *Agnetem*, Græcam origine, unde ei Filii *Arnolphus*, cognomento *Malus*; Comes in Schiren & Bajoariorum postea Rex stirpsque Palatinorum Rheni Bavariæq; Ducum; & *Wernherus*, Comes itidem in Schiern; 2. *Iutam*, unde prognatus Ludovicus IV. Imperii successor. Ex concubinâ *Helingarda* natus ei *Zventebaldus*, à Rege Moravorum susceptore sic dictus.

Regino lib. 2. p. 66.

3. Bis cum Normannis confligit, primùm absens victus, secundò præsens cladem reddit victor. Victi Christianam fidem amplectuntur.

Regino

Regino lib.2.p.67.Gotofrid.col.469.|Otto Frising.6.11.f.66. Rolevinc. in Fasc. f. 68.a.Herman.Chron.p.131.Sigebert.p.572.

4. Zuentibaldum, Moravorum & Bohemorum Principem, inquieti ingenii hominem, infidelitatis pœnam subire cogit egregiâ clade.

Regino lib.2.p.66.Sigebertus p.572.

5. Zuentibaldo Filio honores & bona Megingardi Comitis largitur, regnumque Lotharii Principum consensu in Comitiis Wormatiæ habitis concedit.

Regino lib. 2. p. 68.69. Sigebert. p.573. Otto Fris.6.12.f.66.b.

6. Ratisbonam, ubi sedem regni habuerat Parens, ampliat & restaurat: S.Emerani templum reliquiis S. Dionysii è Galliâ delatis exornat.

Diploma Cæsaris apud Eyzinger. Paralip. Thes.pag. 50.Otto Frising.6.11.fol.66. Crantzius 3 Metrop.

7. Guidone per tumultum in Italiâ Rege creato, Italiam sibi urbisque imperium vindicat, & Româ primus post Gothicam tempestatem potitur, lepusculo viam monstrante.

Luitprandus lib.1.c.7.8.9.10.p.96.97.98.99. Sigebertus p.573. Regino l.2.p.69.70.Siffridus p.687.Lupoldus de Babenp.c.4.fol.9.b.

8. Duo per eum Concilia habita, primum Moguntiæ ann. 888. secundum se præsente Triburiæ ann. 896. mense Novembri.

Conciliorum Tom.3. Regino pag.69. Marian. p.446. Lupold. de Babenp. c.11. f.17 a. Albertus Stad f.9.b.

9. Exautorato Poppone, Comite Hennebergico, Thuringiam committit regendam Conrado Comiti Franconiæ.

Regino lib.2 p.68.

10. Veneno soporifero intoxicatus de vitâ periclitatur, cui succedit phthiriasis, quâ misere extinguebatur Oetingæ in Bavaria, sepultus Ratisbonæ in Monasterio ad D. Emeranum.

Regino pag.71. Marianus p. 445. Sigebert. p. 574. Compilator Chronolog. p. 730. Gothofr. col. 470. Rolevinc. in Fascic. T. f.68.a. Otto Fris.6.13. f.66.b. Albert. Stad. f.97.

9. LUDOVICUS IV. *ultimus Carolingorum.*

899 1. Septem annorum puer Ottonem, Saxoniæ Ducem, Tutorem accipit, fide & fidelitate nulli secundum. Inde solennibus Comitiis Forchaimii Procerum consensu Rex nuncupatur.

Regino 2.p.71. Lambert. p.155. Marian. p.445. Siffrid. p.688. Sigebert. p.576. Hepidann. p 9.

2. Luit-

2. Luitgardin, Ludolfi Saxoniæ Ducis filiam, uxorem fuisse dicunt Witichindus & alii, sed inveteratum errorem esse ostendit Meibomius.

Not. ad Witechind. p. 44. 45. Mallinckroot de Cancell. p. 24.

3. Hungaris per Italiam & Germaniam multis annis grassantibus variâ fortunæ & infortunii aleâ restitit.

Luitprandus lib. 2. cap. 1. 2. 4. 5. 6. p. 101. 102. 103. 104. Sigebert. p 574. 575. Regino p. 71. 72.

4. Comitem Bambergensem Adelbertum, interfectorem Conradi Ducis Franconiæ, sibi ab Hattone Archiepiscopo Moguntino subdolè traditum, capite mulctat.

Regino lib. 2. p. 72. Otto Frif. 6. 15. f. 67. a. Herman. Contr. p. 132. Marian. p. 575. Sigebert. p. 575. Siffrid. p. 688. Lambert. p. 154. Luitprand. lib. 2. c. 3. p. 102. 103. Ekkehard. de casibus S. Galli c. 1. pag. 40. Albert. Stad. f. 97. Chronicon Austale p. 312.

5. Infelix Imperator mœrore conficitur, quod bella infeliciter gereret, sepultus Ratisbonæ in Cœnobio D. Emerani, & cum eo unà progenies Caroli Magni.

Reginonis Continuator p. 74.

6. Nondum 20. annos natus obit, eoque extincto Caroli Magni domus deficit imperiique titulum amittit, cui ob maternum à Carolo in se derivatum sanguinem annecti potest Conradus. *Gotfri-*

Gotfridus col. 472. *Siffridus* 1 *p.*688. *Compilator p.*731 *Albert. Stad. p.*98.

10. CONRADUS I.

912 1. Conradi Francorum Comitis Filius consilio Ottonis Saxoniæ Ducis qui imperium constanter recusabat, in Imperatorem eligitur à Germaniæ Proceribus.

Gotfrid. col. 472. & 474. *Witichindus l.*1. *p.*6.

2. Uxor ei Cunegundis, Luitpoldi Bajoariæ Ducis vidua, Caroli Crassi filia.

3. Seditioso motu conjurant in electum Regem *Giselbertus, Dux Lotharingorum, Arnolphus Bavariæ Dux, Henricus Dux Saxoniæ, Berchtoldus & Erchinger, Sueviæ Rectores.* Pulso Arnolpho Duce Bavariam totam occupat; & Eberhardo Fratri concedit. Conjuratorum manus feliciter evadit.

*Luitprandus lib.*2. *c.*7 *p.*105. *Witichindus lib.* 1. *pag.* 9 *Sigebertus* 576. *Conradus Lichtenau, Abbas Uspergensis p.*200. *Albert. Stad. f.*98.

4. Vicinus morti *Henricum, Saxoniæ Ducem,* quem inimicum habuerat, Successorem Imperii designat transmissis ad eum regni insignibus, regalibusq; ornamentis.

Luitpr. 2. 7. *p.*105. *Gotfridus* 17. *col.*472. *Urspergensis p.*207.

5. Quedlinburgi moritur & Fuldæ tumula-

mulatur, imperio à Carolingâ domo ad Witikindæam translato.

Witichindus pag. 9. *Urspergensis p.*208. *Continuator Reginonis pag.* 74. *Marian. p.* 447. *Gotfridus col.*474.

THEMA II.

Imperatores ex familiâ SAXONUM.

I. HENRICUS AUCEPS.

1. Nascitur ex stirpe VVitekindi Magni Patre Ottone, Duce Saxoniæ, matre Luitgarde, Arnulphi Imperatoris Filiâ. 920

*Witichindus lib.*1.*p.*7.

2. Uxorem habet primam *Hatburgam*, Monialem; secundam *Mathildam* filiam Thiderici Comitis Ringelbergensis: ex qua suscipit Filios tres, *Ottonem*, *Henricum*, *Brunonem*, & Filias quinque.

*Witich lib.*1. *p.*10. *Albertus Stad. fol.* 101.

3. Suasu Conradi Regis eligitur à Proceribus Imperii Fridslariæ, & imperii insignia accipit, cum esset in aucupio, unde Auceps dictus.

Rheginonis Supplementum p. 74. *Godfridus col.*474. *Compilator Chron. p.*731. *Albertus Stad. fol.*98.100.

4. Primus post Caroli Magni posteros aliâ ex familiâ regnum tenet primusq; tanquam

quam ancylc imperii *Lanceam clavis Christi ornatam* consecrat, quæ hodienum ostenditur Norimbergæ.

*Gotfr.col.*473.474.*Luitprand.*4.12.*p.*135.*Sigebert.p.*578. *Urſperg.p.*21.2 *Siffrid. p.*688. *Lupold.de Bap.c.*12 *f.*18.*Albert.Stad.f.*101.

5. Præ animi modestiâ unctionem & coronationem solennem recusat, dicens: satis mihi est, ut præ Majoribus meis Rex dicar.

*Witichindus lib.*1.*p.*9. *Otto Frisigensis lib.*6.*c.*17.*f.*68.*b.Sigeb.p.*579.*Urſperg.p.*208.*Siffrid. p.*688.*Albertus Stad.f.*100.*b.*

6. Dignitatem regiam ægro ferebat animo *Arnolphus, Bavariæ Dux*, Ungaricoque exilio redux affectat regnum, fax & turbo sui temporis, quem gravi oratione ad obsequium flectit. Consors factionis erat *Burckhardus Sueviæ Dux*, quem supplicem factum in gratiam recipit.

Witekindus 1.*Annal.p.*8.*Otto Frising.*6.18.*f.*69. *Luitprand.* 2.7.*pag.* 106. *Ekkinhard. de Monast.S.Galli c.*1.*p.*45.*Urſperg.p.*208.

7. Lotharingiam à corpore Imperii Germanici per Carolum Simplicem Galliæ Regem, avulsam recuperat, vi cessionis obtinet, eidemque pacandæ Eberardum præficit.

*Witekind.lib.*1.*p.*9.10.*Reginonis Contin.p.*75.*Sigebert.p.*577.*Urſperg.p.*209.211.

8.Hun-

8. Hungaros assiduis incursionibus Germaniam expilantes circa Mersburgum ingenti superat clade cæsis & profligatis 40000. tranquillitatemque Germaniæ reddit.

Witekind. lib.1.p 1.10.11. Sigebert p.579. Otto F.6.18.p.69.a. Luitpr.2.8.9.p.10.11. Helmold Chron.1.8.p.24. Albertus. Stad.f.102.

9. Pacatâ Germaniâ Saxoniæ urbes muris, legibus & armis munit.

Witekind.l 1.p.11. ejusq; exscriptor Urspergensis p.212. Crantzius 3. Sax.12.p. 71. & 3. Metrop.9.p.65.

10. Gormonem, Daniæ Regem, pacem petere cogit; Juliâ domatâ Slesvicoque expugnato Marchionatum Slesvicensem constituit.

Luitprand 3.5.pag.120. Witichind.lib.1.p.14. Sigebert.p.579. Albertus Stad.f.102. Crantz. 3.Sax.25.p.77. Helmold.1.8.p.25.

11. Expulsis Henetis Marchiam Brandeburgensem constituit, Slavos Vandalosque debellat.

Witich.1.p.11. Sigebert p.578.579. Rheginonis C.p.75. Crantz.3.Vand.16.p.63.

12. Ludos equestres & torneamenta primum nationi Germanicæ commendat, quorum specimen exhibetur Magdeburgi.

De hic tamen dubitatur.

13. Obiit

13. Obiit in Monasterio Memmeleben, & Quedlinburgi sepelitur ætatis suæ anno prope LX.

Witechind. 1. p. 14. Luitprandus 4. 7. p. 132. Rheginonis C. p. 75. Albertus Stadensis f. 103.

2. OTTO MAGNUS.

936 1. Coronatur ab Hildeberto, Præsule Moguntino Aquisgrani: & postea Romæ à Johanne XII. cui *Magni* nomen peperit rerum gestarum gloria.

Witekindus initio libri secundi p. 14. Sigebert. p. 583. Langius in Chron. Citziensi p. 757. Albert. Stadens. f. 10.

2. Princeps magnanimus, pius, prudens, justus, clemens, strenuus, constans, in omnem occasionem rei bene gerendæ intentus.

Luitpr 4. 7. p. 132. Witechind. lib. 2 p. 22. Rolevinc. f. 69. a.

3. Ante regni susceptionem sororem Regis Anglorum Eduardi *Edgidam* ducit, è quâ *Luitholphum* gignit. Postea *Adelheidam*, Rudolphi Burgundiæ Regis filiam, Regis Italiæ Lotharii viduam, è carcere liberatam, ducit, suscipiens ex eâ tres filios *Henricum, Brunonem & Ottonem* successorem, & filiam *Adelheidam*, quam Hugo Capetus, Comes Parisiorum & Rex Galliæ sibi jungit.

Rhegi-

*Rheginonis Continuator.p.75.78.Sigeb.p.579. Chron. Citizense p.759.Rosvvitha de gestis Ottonum c.3.p.164.165.Alb.Stad.f.*101.105.106.

4. In Italiâ *Berengarium III. Longobardorum Ducem*, ejusque filium *Albertum* in ordinem cogit & postea eorum insolentiam exilio compescit. Longobardiam, Italiam, Siciliam, Calabriam, quæ sub Berengariis fuit, Romano Imperio restituit.

*Rhegionis C.p.*78.80.*Herm.p.*133.*Luitpr.*66 *p.*152.154.*Chr. Citiz.p.*757. *Otto Fris.*6.19.*f.* 68.*b.c.*21.22.24.*f.*69.*Albertus Stad f.*106.

5. Tanquardum, fratrem nothum, & *Henricum*, fratrem Germanum, cum conspirationis sociis *Eberhardo, Duce Franconiæ, & Giselberto, Lotharingiæ Duce* Sororio suo, superat. Filium *Luitolphum* Generumque *Conradum* in se insurgentes compellit ad obedientiam. Miscent se turbatoribus Pacis *Filii Arnolphi*, Ducis Bajoariorum, & Fridericus, Moguntinus Episcopus.

*Witekind.*1.*Annal.p.*16.17.18.19.20.25.*Luitprandus lib.*4.*c.*8.9.10.11.*p* 133.134. *cap.*16.*p.* 138.*Reginonis C.p.*76. *Ekkehardus c.* 5. *p* 61. *Sigebertus p.*579.580.581.*Rosvvida c.*8.*v.*47 *p.*169.*Albertus Stad f.*104.

6. Boleslaum, Bohemiæ Regem, domat, & in obsequium reducit fidele.

*Witekind. l.*3.*p.*24 *Sigebert.p.*582.*Crantz.*3. *Sax.*14.*p.*72.

7. Ludovico Franciæ Regi ſuppetias fert contra Hugonem, Pariſiorum comitem.

Witichindus 2.p.23.& 3.p.24.Sigebert.p.582. Reginonis C.p.76.Otto F.6.19.fol.68 b. Albertus Stad. f.105.

8. Haraldo, Daniæ Rege, feliciter victo Chriſtianiſmum in regno propagat, inque memoriam victoriæ mare quod Danos à Nordmannis dirimit, **Ottenſundt** vocatur.

Helmold. lib.1.c.9. p.26.27.Lupold de Bapenb. c.2. f.6.Albertus Stadenſ f.105. b.

9. Hungaros Germaniam vaſtantes tribus præliis, cum tribus Regibus laqueo necatis, disjicit, actis Deo ſolenniter gratiis.

Witechindus 2 p.13.16. 18. Reginonis C.p. 79. Lambertus Schafnab.p.156.Otto Friſ.6.20 f. 68.b.Alb Stad.f.107.Sigeb pag 583. Godofr. col.476. Hepidan. Ann.pag.11.Lang.Chron. Citic.p.756.

10. Sclavorum gentem immitem ad mitiora inſtituta Chriſtianiſmi deducit, victisque tributa imponit.

Helmoldus lib. 1.c.9. n.8.p.27.c.10.n.5.p.28. Witekind p.19.Lang.Chron.p.756.

11. Slavis converſis *Archiepiſcopatum Magdeburgicum* fundat; domitisq; Sorabis, Vandalis, & Heneris inſtituit collegia *Mersburgenſe* ad Salam, *Miſnenſe* ad Albim, & *Zicenſe* ad Ebiſtrum. *Helmol-*

Helmold.1.c.11.p.30. Albertus Stadensis f.118. b. Crantz.3. Metrop.10 p.66 & c.12.p.149. & 6. Metrop.27.p.157. Lang. Chron. Citic.p.755. 758.

12. Romam profecturus Saxoniam relinquit gubernandam *Hermanno Billingo*, qui ob fidelitatem & justitiam *Dux Saxoniæ* constituitur.

Albertus Stadensis fol. 107.

13. Leonem Papam convocato Clero declarat rejecto *Iohanne XII.* submotôq; *Benedicto V.* schisma tollit, multaq; pro pace Ecclesiæ & Reipublicæ constituit in Italia. Urbe Româ in deditionem acceptâ Benedictum sede destitutum mittit in Germaniam ad Adaldagum Archiepiscopum, qui Hamburgi exul tumulatur in templo.

Reginonis C.p.82.83. Sigebert.p.584. Otto Fr.6.23.f.69. Langius Chron. Citic.p.757. Rolevinc. Fascic. fol. 69.70. Lupoldus de Babenp. cap. 4. fol. 10. Albertus Stadensis fol.107.108.

14. Comitatus & Ducatus *Episcopis & Abbatibus* committit cum seculari potestate & regalibus insigni regiæ potestatis decremento, *Brunoque* ejus frater, Episcopus Coloniensis, primus jurisdictionem exercet secularem.

Reginonis Contin.p.79.Witikindus p.10.ejusque exscriptor Ursperg.p.213.

15. Ottonem filium consortem imperii facit, postquam militiæ suæ tyrocinia sub auspiciis Patris dextre posuisset contra Saracenos & Græcos Apuliæ & Calabriæ incumbentes.

Witekind.l.3 p.34.Godofr.col.478.Crantz.3.Saxon.15.p.88.

16. Synodis Ingelhemii alibique celebratis de rebus Ecclesiæ & Imperii decreta promulgat.

Lambert.p.156. Hermannus Contr.p.133.Reginonis C.p.77.Otto Fris.6.19.f.68.b.

17. Obit Quetlinburgi, tumulatur Magdeburgi in Templo cathedrali à se constructo, statuâque honoratur.

Sigebert p. 586. Ekkehard. in vitâ Notkeri c.31 pag.380. Albertus Stad. fol.109.a.Lang.in Chron.Citz.p.767.

3. OTTO II.

973 1. Ottonis Magni in Imperio & bellicis virtutibus hæres haud quaquam degener Wormatiæ puer septennis vivo Patre eligitur: Aquisgrani ordinatur: Romæ præsente Patre coronatur.

Albertus Stad.f.109.b.Cosmas Pragensis Chr.lib 1.p.16.Otto Fris.6.25.f.70.a.Sigefr.p.583.Reginonis C.f.80.Crantz 4.Sax.15.p.88.

2. Nicephori Imperatoris Constantinopoli.

nopolitani privignam *Theophaniam* ducit uxorem, è qua tulit Ottonem III.

Reginonis C.p.84.Hepidannus p.12.Lambertus S p.156. 57. Crantz.4. Sax.15.p.88. Albertus Stadens.f 107.b.

3. Henricum, Bavarorum Ducem, rerum novarum cupidum domat, Bavariamque ereptam Ottoni, Sueviæ Duci, Ludolphi Fratris Filio, tribuit.

Lambertus S.p.157.Sigebert.p.587.Hepidannus pag.12.

4. In Lotharium, Franciæ Regem, movet, qui Lotharingiam, Rom. Imp. provinciam, occupaverat, jure jurandoque adigit, ut prorsus pro se & posteris ab eâ abstineret

Lambertus pag.157. Siffridus p 587 ejusque verbis Vincentius 24.S.90.p.343. Hepidannus p.12. Crantz.4.Sax 18.p 89.

5. In Calabriam & Apuliam usque bella translato à Græcis & Saracenis *circa Bussentellam* Romanorum proditione prælio vincitur, fuga elapsus à Piratis ad mare capitur, haud cognitus parvo pretio redimitur, victusque victor redintegrato prælio contra Saracenos evadit, ut *Pallida mors Saracenorum* dictus fuerit.

Lamb p.157. Herman. p. 134. Gothof.col.480. Hepidannus p.12. Siffridus p.688. Rolev f 70 b. Chr. Laurisheim.p.71. Crantz.4. Sax.20. p.91.

6. In rebelles & perfidos Italos graviter animadvertit, improviso adventu *Beneventum* capit & diruit. In Italos Legatos & Proceres, convivio à se exceptos severitatem exercet supplicii, injuriarum quarundam memor.

Siffridus Presb. p. 688. Crantz. 3. Metrop. 35. p. 79. 80.

7. Henetos, Wandalos & Bohemos, Episcopatus *Havelbergensem & Zizensem* infestantes, compescit, Duxque Miescus à Diabolo abreptus rebellionis pœnas luit.

Crantz. 3. Metrop. 35. pag. 79. & 4. Sax. 18. pag. 89.

8. Sagittâ venenatâ percussus, vel, ut volunt alii, ventris profluvio perit Romæ, & in D. Petri Fano tumulatur.

Otto Fris. 6. 25. fol. 70. Hermann. pag. 135. Lamb. p. 157. Marian. p. 448. Sigebert. pag. 588. Siffrid. p. 689. Albertus Stadens. p. 112. 767 Lang. Crantz. 4. Sax. 20. p. 91.

4. OTTO III

984 1. Priusquam ad regnum veniret, à VVillegiso, Præsule Moguntino, educatur, annos vix natus undecim Aquisgrani voluntate Procerum ab eodem Villigiso in Regem ungitur, & post triennium à Gregorio V. Romæ consecratur.

Dode-

Dodechinus pag. 475. Sigebertus pag. 588.

2. Liberos tulit nullos *ex Maria Arragoniâ*, conjuge satis lascivâ, quæ, ut fertur, Comitem quendam Mutinensem solicitat, & cum ille nollet obsequi, tentatæ pudicitiæ nomine per calumniam accusatur.

Siffridus p. 689. Godfridus p. 482. Crantz. Sax. 26. p. 94.

3. Româ occupatâ Papæ Johanni, à Crescentio Consule intruso, oculos erui jubet. *Brunonem* Ottonis Sueviæ Ducis Filium, *Gregorium V.* dictum, Pontificatui restituit, & post hujus obitum *Gerebertum*, nominatum *Sylvestrum II.* Papam instituit.

Lambertus p. 158. Sigebert. p. 589 590. Siffrid. p. 689. Rolevinc. f. 71. c. Compilator: p. 732. Lupoldus de Bapenberg. c. 4. f. 91. Crantz. 4. Sax. 24. pag. 93. 3. Metrop. 39. pag. 83.

4. Electorale Collegium instituisse non sine consilio Papæ Gregorii *dicitur*, ut in posterum non per sanguinis successionem sed electorum Germaniæ suffragio non nisi Germanici sanguinis Principi Imperium conferretur.

Rolevincius Fascic. f. 70. Refragantur recentiores plerique omnes.

5. Febre, vel, ut volunt plerique, venenatis chirothecis ab uxore Crescentii missis perit.

Hermann. Contr. p. 135. Sigeb. p. 590. Vincent. Beluac. 24. S.H. 108. f. 345. Rolevinc. f. 70. Crantz. 4. Sax. 26. p. 94. & 3. Metrop. 40. p. 83.

5. HENRICUS *Sanctus.*

1002 10. Votis Regni Procerum solennibus Cæsareos honores auspiciis gerit optimis, à Willegiso Moguntiæ consecratur, Ticini Anno 1005. Rex Italiæ coronatur, & Romæ à Benedicto VIII. coronatur.

Marianus p. 499. Sigeb. p. 590. 591. Rolevinc. pag. 71.

2. Pietate, castitate & beneficentiâ in Ecclesiam *Sancti* nomen meruit. A vitio luxatæ coxæ *Claudus* etiam dictus.

Siffridus p. 689. & Compilator Chronol. iisdem verbis p. 733. Crantz. 4. Sax. 32. p. 97.

3. Sororem Giselam elocat Stephano, Ungarorum Regi, hac conditione, ut Ungaricum regnum ad Christianismum ducat. Ex eo Hungarorum Apostolus dictus.

Sigebert p. 592. & ex eo Vincentius 25. Spec. H 9. f 346. Siffridus p. 689. Gotfridus p. 483. Otto Fris. 627 f. 70. a Rolevinc. p. 71. Lupold. c. 2. f. 7. Albert. Stadensis f. 113. a.

4. Vivit cum Kunigundâ uxore in voto Virginitatis, in thoro sine thoro, cùm uxore absque uxore γάμῳ vere ἄγαμος.

Siffrid.

Siffrid pag.689.Compilator.p.734. Lupoldus c.13.fol.20.Crantz.4.Sax.35.p.99 4.Metrop. 5.p.91.92.

5. Poloniæ Regem & Bohemiæ Ducem *Boleslaos* debellat, eosque tributarios facit.

Bellum ab Anno 1006. *protractum usq; ad Annum* 1018. *Siffrid.p.689.Compilator.733.*

6. Græcos Saracenorum auxilio Italiam invadentes Normannorum adjutus fidelitate expellit: Normannisque eò postea translatis Græcorum incursiones felicius cohibentur.

Hermannus p.136. Marianus p.449. Sigeb. p.592. Compilator.p.733.

7. Episcopatum *Bambergensem* fundat ex Comitatu, Bambergæ ipse sepultus cum Uxore.

Otto Fris.6.27.f.70.a.Godfridus p.483. Sigeb. p.591.Compilator p.733. Cosmas Pragens. lib.1. Chron. pag.20.Albertus Stad.p.112.114.Lang. Chron.C.p.770. Lupold. Bab.c.9 f.15. Crantz 4.Sax 29.p.95.

8. Expugnat arcem Rheni Hammerstein, ejusque Comitem Ottonem deturbat, judicio Concilii propter illicitum matrimonium antea anathemati datum ab Etkenbolde, Archiepiscopo Moguntino.

Rupertus Tuitiensis in Vitâ S.Heriberti c.26. p.262.in Tom.2.Surii Hist.S.

9. Magno cum Ecclesiæ luctu moritur, &

in majori Ecclesiâ Bambergensi, quã fundaverat Papaq; consecraverat, sepelitur, & post mortem ab Eugenio consecratur.

Gotfrid. p. 483. Rolev. p. 71. Albert. Stad. p. 115.

THEMA III.

IMPERATORES ex familiâ FRANCONICA.

1. *CONRADUS II. Saliquus.*

1024 1. Electores in ejus dissident electione, & dissensione post biennium sublatâ, cum ob virtutem & rei militaris scientiam tum etiam propter Henrici testimoniũ eligitur.

Hermannus p. 136. Sigebert p. 593. Wippo c. 1. p. 423. Paul. Lang. Citizens. p. 771.

2. Pater Ei Henricus, Franconiæ Dux; *Mater* Adela, Gerardo Metensium Comite nata; *Vxor* Gisela filia Hermanni Sueviæ Ducis, unde ei nascitur Henricus, Carolini Sanguinis per matrem tradux surculus.

Wipo in Vitâ Conradi p. 428. Gotfridus p. 491. Otto Fris. 6. 28 f. 70. b. Autor Annalium breviorum de Landgr. Thuringia p. 957. Sigfrid. p. 690.

3. In *Vandalos & Vngaros* movet, eosque petere pacem cogit. Polonorum Regem fidelitate sibi conciliat.

Sigfr. p. 594. Hermannus p. 136. Marianus p. 450. Otto Fris. 6. 28 p. 70. Albertus Stad. f. 116 Wipo c. 23. p. 429.

4. Burgundiam à Sororio Rudolpho relictam armis sibi vindicat, eamq; Odone, Cam-

Campaniæ Comite, ejecto adjicit Romano imperio.

Herman.p.136.Gothefridus p.486.Sigeb pag. 595.Otto Fris.6.30.31.fol.71.Wipo c.29.p.438 c.31.p.439.c.38 p.444.

5. Italia turbatâ exercitu ingreditur, Mediolanenses rebellionem excitantes compescit, & Episcopos aliquo animoso consilio dejicit.

Gothofr p.486.Herman.p.137.Sigebert.p.594. 596 Otto Fris 6.31.f.71.b.Alb.Stad.f.119.b.

6. Ludovicum, Caroli Ducis è stirpe Carolinâ Filium, exulem suscipit, & in Thuringiâ *Vice-Dominũ* constituit, ut de Landgraviorũ Thuringiæ & Hassiæ propagatio.

Sigfr.p.692.Historia de Landgraviis Thuring. cap.11 p.913.Paul.Lang.p 772.

7. Ernestum Suevum, conspirantium Ducem, prælio vincit.

Gothofridus p.490.487.Rolev.p.72.73. Otto Fris.6.29.f.71.Wippo p.431.

8. Subitaneâ morte *Trajecti* obit: *Spiræ* in templo S. Mariæ à se fundatę tumulatur.

Godfr.Vit p.486.Crantz.4.Metrop.12.p.96.

2. HENRICUS III. Niger.

1. Eligitur duodecennis *Mindæ* in Regem Romanorum vivente & curante Patre, *Aquisgrani* consecratur: *Romæ* à Clemente II. coronatur. 1039

Godofr.col.492.Lambertus p.162. Crantz.4. Metrop.10 p.94.

2. U-

2. Uxores duas habet, *Gunildam*, Canuti Danorum & Anglorum Regis Filiam, quâ sine liberis mortuâ duxit *Angnetem*, filiam Wilhelmi, Comitis Pictaviensis, ex quâ suscipit Henricum IV.

Herm p.140. Siffrid. p.691. Otto Fris. 6.32. f.71.

3. Tribus Pontificibus *Benedicto IX. Sylvestro III, Gregorio VI. depositis*, novum Papam Svidgerum Bambergensem Episcopũ in sede Pontificia collocat, veterum Imperatorum jura in electione & confirmatione Pontificis recuperat.

Lambertus p.160 Marianus. p.451. Sigebert. p.597. Siffrid. p 1040 Hermann. p.138. Rolev. p.72. Compilator. p.735. Albert. Stad. fol. 122. b. Lupoldus de Bab cap.4. f 10. Crantz. 4. Metrop 32. p.107. Otto Fris. 6.32. f. 72.

4. Bohemorum Regem *Bretislaum* annua tributa contumaciter detrectantem, imperata facere cogit.

Sigeb p.596. Hermann. p.117. iisdemq; verbis Marian. p.450. Lambert. p.159. Alb Stad f. 120. Cosmas Pragensis lib.2. Chr. p.28.29.30.

5. Debellat *Hungaros* Regi suo infideles, cæsoque ad Jaurinum Aba *Petrum* Regem regno restituit, hocque trucidato in venatione *Andream* confirmat.

Hermann. p.138.139. Sigebert p.596. Albert. Stad f.121. b 122. Lamb. Schaf. pag.159.160. Crantz. 4. Metrop. 32. p.107.

6. Nort.

6. Nortmannorum insolentiam mitigat ferens suppetias Papæ Leoni.

Sigeb p.597. Goth. Vit. p.494. Hermannus p. 144. Otto Fris. 6.32. f.72.

7. Gothofredum Lotharingum sibi insidiantem nunc vinculis detinet, nunc dimittit, semper infidelem. Socium se facit Lotharingicæ factionis Comes Flandriæ Balduinus.

Sigeb. p.598 Otto Fris. 6.33. f.72.

8. Obit *Botfeldæ*, quod fuit castrum Goslariæ vicinum, juxta Patrem & Matrem Spiræ sepultus.

Lambert. p.163. Marian. p.451. Hermanni Supplementum p.147. Lang. Chron. C. p.774.

3. HENRICUS IV.

1. Puer septennis sub Agnete matre imperio admovetur; cruentis postea contentionibus cum Gregorio VII. *super jure electionis Romanorum Pontificum* decertat, hujusque & Principum quorundam odiis gravatus in imperio usque ad vitæ exitum turbatur. 1054

Lamb. Schaf. p.166.

2. Uxores duas habet, quarum prior *Bertha*, Ottonis Marchionis Italiæ Fæmina. Posterior *Praxedis*, vidua Udonis, Marchionis Brandebnurgensis, filia Regis Russorum.

Lamber-

Lambertus p.176. Albertus Stadens fol. 131.b.

3. Cruentis consiliis Papa sese opponit Imperatori Orientis & Occidentis, nostrumque Cæsarem excommunicat, Principibus & subditis à fidelitatis juramento absolutis. Excommunicatus Concilia eam ob causam curat haberi, Moguntiæ & apud Brixiam Noricam.

Otto Frising. 6.35.f.73. Lambertus p.233.243. Marianus p.455.456. Urspergensis p.237.238 Crantz. 5. Metrop.16.p.129.

4. Exautorato Cæsare *in Rudolphum, Sueviæ Ducem*, confert Papa imperium missâ corona cum hâc inscriptione:

Petra dedit Petro, Petrus diadema Rudolfo.

Godefridus p.479. Erphesfordiensis Monachus, Continuator Lamberti, p.252.253. Beluacensis 25. Spec.51. Spec. p.352. Crantzius 5. Metrop.15. p. 128. Urspergensis p. 235. Albertus Stadensis f.137.138. Aventin. lib.5 p.458.459.

5. Anti-Cæsari opponit sese Cæsar gravibus aliquot commissis præliis, in quorũ quarto cæsus fuit Cæsar ille Pontificalis ad Elistrum amissâ dextrâ, quâ jam expiraturo allatâ serò nimis suam deplorat infidelitatem, adstantes Episcopos sic affatus: *Hæc est illa*, dextra *quâ Imperatori meo fidem dedi, quam vobis autoribus fefelli, de quo vos Deo rationem reddetis*. Factum id Anno 1080.

Helmol.

Helmold. 1.28.29. p. 72.76. Godofr. p. 501. Crantz.5.Sax.7.p.110.& 5.Metrop.16.p.124. Albert.Stad.f.139.

6. Sublato è vivis Rodosto *Hermannus, Lüzelburgensis Comes*, Pontificis instigatione substituitur, qui, dum castellum quoddam impugnat, à fæminæ cujusdam, grande ex arce saxum deturbantis, manu occiditur. Hoc sublato nec dum conquiescit Pontificis ira & simultas, per quam *Eberdus, Saxoniæ Thuringiæ* Marchio, evehitur, sed & ille suo exitio.

Ursperg.p.239.Crantz.5.S.10.p.112.113.

7. Post cæsum Rodolfum tota mole belli in Papam conversâ Cæsar Romam urbem suæ potestatis facit, & Gregorio dejecto substituit Clementem.

Helmold.1,30.p.77.

8. Consiliis Papæ Urbani concitatur Filius Conradus, & Papæ deinde Paschalis alter Filius Henricus in Patrem.

Helm.c. 33.p.84.85.Dodechin.p.461. Albert. Stad.f.141.143.145.147.

9. In hac orbis Christiani tragœdiâ oppugnant Cæsaris Solium *Magnus & Hermannus*, Duces Saxoniæ, *Otto*, Dux Bavariæ, *Eberdus*, Saxoniæ Marchio, *Udo*, Marchio Brandenburgensis, quibus se sociant Episcopi & ipse Filius. Conjurationis est πρόεδρος Pont. Rom. lætus rerum turbidarum in spem potentiæ augendæ spectator. 10.

14. Rebus in Italiâ & Germaniâ concidentibus obit Leodii, corpusque, quod per quinquennium steterat insepultum, tandem tumulo Spiræ infertur, tumultibus in imperio insepultis.

Gothofr. col. 504. *Helmold.* 1. 33. *pag.* 84. 85. *Crantz* 5. *Sax.* 24 *p.* 121. *Langius p.* 780.

4. HENRICUS V.

1. Pontificum impulsu arma capit adversus Patrem, sed qui juvat Papam armis, idem ipse à Papa excommunicatus ejusdem solii Papalis fit persecutor. 1106

Helmold. 1. 39. *p.* 96. *Gothofr. col.* 508 *Albert. Stadens. f.* 149.

2. Papa *Paschalis* captus se submittit Cæsari, ei insignia Imperii solenni ritu confert & Jus Cæsarum in collatione Episcopatuum literis confirmat. Ast reverso in Germaniam Cæsare rescindit Papa omnia.

Dodechinus p. 467. 468. *Sigebertus p.* 614. *Robertus de Monte p* 618 *Gothofr. col.* 507. *Cosmas Pragensis lib.* 3. *Chron. p* 64. *Lang. Chron. p.* 780. *Gregor. Heymburg. in confut primat. Papæ p.* 573. *Trithem. Chron. Hirsaug. p.* 111.

3. Uxorem habet *Mathildin*, Henrici Regis Angliæ Filiam, ex quâ unicam filiam Mathildin sustulit, quæ nubit Uladislao II. Regi Poloniæ.

Wilhelm. Gemitensis de Ducibus Normannis p. 674. *Robertus de Monte p.* 616. *Otto Fris.* 7. 15. *f.* 79. *Simeon Dunelmens. Histor. Reg. Angl. cap.* 232.

4. Contra *Boleslaum*, *Poloniæ* Regem, pugnat infeliciter; & infelicius contra *Saxones*, quorum Dux Lotharius victor evadit in Comitatus Mansfeldensis Sylvâ VVelphisholtz. Cecidit eo in prælio Hogerus Comes de Mansfeld, princeps militiæ regiæ.

*Helmold.*1.40.*n.*4.*p.*98.*Cosmas Pragensis lib* 3.*Chron.p.*58.59.60.*Alb.Stad f.*154.*Langius Chr.Cuic.p.*783.*Crantz.*6.*Metrop.*7.*p.*146.

5 Sine virili decedit stirpe, Spiræque juxta Patrem Henricum, avum Henricum, & proavum Conradum sepelitur; unde versus.

Filius hic, Pater hic, Avus hic, Proavus jacet isthic.

*Godfridus col.*506.*Siffrid.p.*692.*Rolev.p.*75. *Albertus.Stad.f.*155.*b.*

5. LOTHARIUS Saxo.

1125 1. E Comitibus Querfortensibus ad Ducatum Saxonicum, hinc ad gradum imperii summum promovetur, Moguntiæ electus, Aquisgrani coronatus, Romæ consecratus.

Helmoldus 1. 41.*p.*107. *Robertus de Monte p.* 621.*Gotfridus p.*509.*Albertus Stad.f.*156.

2. Uxor *Richisa*, Henrici Pinguis, Comitis Northemii, Filia, ex quâ ei *Filius* unicus *Lotharius*, qui infans moritur, & duæ

Filiæ,

Filiæ, una *Gertrudis*, uxor Henrici superbi, Ducis Bavariæ & Saxoniæ; altera *Heduvigis*, Ludovici Landgravii Thuringiæ uxor.
Trithemius Chr. Hirs. p.124.130.

3. Sueviæ Ducem Fridericum, unà cum Fratre Conrado rebellantem coercet; Leopoldo Duci Austriæ & Carolo Flandriæ Comiti spem regni aufert. Bojemorum tumultus sedat, & conciliatis sibi Bohemiæ ac Bavariæ Ducibus Urbes *Spiram*, *Augustam*, *Vlmam*, & alias Imperii recuperat.
Gothofr. 17. p.511. *Otto Fris.* 7.17. f 79 b.c.19. f.80. *Dodechinus* p. 470. *Erphesfordensis* p. 254. *Trithemius Chron. Hirsaug.* p.120.

4. Sublatis in Italiâ Pontificum dissidiis *Innocentium Papam* à Romanis pulsum suæ restituit sedi, & ab eodem coronatur.
Dodechinus p.471. *Godfridus* p.510. *Robertus de Monte* p. 624. *Lupoldus de Bapenb. cap.* 11. *fol.* 17. *Trithem. Chron. Hirsaug.* p.121.

5. Rogerio, Siciliæ Rege, captâ Calabriâ & Apuliâ subacto: Reginaldo in Ducatum substituto; Roberto, Capuæ Principe, confirmato, tranquillitatem Italiæ reddit.
Otto Fris. 7.20. f.80 b *Gotfridus col.* 511. *Dodechinus* p.472. *Rolev.* f.76 *Lupoldus de Bapenb.* c.4. f.10. *Trithem. Chron. Hirs.* p.125.

6. Leges civiles in Apuliâ inventas operâ Irnerii illustratas è Gothicis tenebris in lucem reduxisse, atque ad culturam re-

vocasse dicitur. Pandectas Juris, qui jam Florentiæ monstrantur, Pisanis donat jubetque ut sedulò & accuratè explicentur.

Hier. Henning. 2. Geneal. op. dedicat. p. 3. Boet. Epo. 2. de jur. Saxon. 1. p. 157. Peucer. 3. Chron. p. 209.

7. Generum suum Ludovicum III. Thuringiæ Comitem, ejusdem provinciæ Landgravium; Conradum, Werini Comitem, Misniæ & Lusatiæ Marchionem, facit.

Dodechinus pag. 471. Anonymus Scriptor de Landgraviis Thuringiæ c. 18. p. 916.

8. Studio religionis *Cænobium Lotharianum*, Luthren dictum, condit, in quo ipse à morte sepultus est. *Chemnicense* item in Misniâ extra urbem fundat. *Olsenum* vetus prope Verdam instaurat. Cænobia item *Homburganum & Aldestetense* ampliat.

Langius in Chron. Citic. p. 787. Trithem. Chr. Sponh. p. 249. Compilat. Chronol. p. 739.

9. Septuagenario major in valle Tridentinâ obscuro quodam in pago & casâ vili è vitâ excedit, corpusque in Cænobio Lothariano, à se sic dicto, tumulatur.

Dodechinus p. 472. Erphesfordensis p. 255. Siffridus p. 692. Otto Fris. 7. 20. f. 80. b.

TMEMA IV.

IMPERATORES ex familiâ SUEVICA.

1. *CONRADUS III.*

1138 1. Pater Ei *Fridericus*, Dux Sueviæ; Ma-

ter

ter *Agnita*, filia Henrici IV. sororque Henrici V. Uxor *Gertrudis*, Comitis Sultzbachii Filia, è qua Ei *Henricus & Fridericus* nati. Confluentiæ eligitur Rex & Aquisgrani à Theodevino Cardinale coronatur.

Dodechin p.472. Robertus de Monte p.625. Siffridus p.692. Gotfr. p.510. Otto Fris.7.22. f.81.

2. Imperii æmulum habet *Henricum Superbum*, Ducem Bavariæ & Saxoniæ, qui utroque Ducatu exuitur & proscribitur in Comitiis VVürtzburgensibus & Goslariensibus.

Godefr. p.511. Otto Fris.7.23. f.81. ib. Guntherus Ligur.1.v.617. Albert. Stad. f.160. b.161.

3. Bellum gerit famigeratum *contra Guelfum*, Bavariæ Ducem, Henrici Superbi Fratrem, quem fugat ad oppidum VVinsberg, & ob mulierum in maritos pietatem hosti parcit, pacemq; & amicitiam cum eo facit.

Otto Fris.7.25. f.82.b. Gotfridus col. 512. 513. Nauder. vol.2. Gen.38. fol.182.

4. Bellum sacrum in Palæstinam pro recuperatione terræ Sanctæ primus aggreditur, & tandem sinistro successu, ab Emanuele Palæologo deceptus gypso farinæ immixto, finit.

Helmoldus 1. Chron.59. n.3.4. p.142 c.60. tot. p.143. Godefrid. col.514. Robertus de Monte p.628. Guil. Tyr.16. Itin. Hier.19. p.902. Otto Fris.7.30. f.83. Albert. Stad. f.165. Felix Faber

Monachus Ulmensis, 1. Histor. suev. [illegible] p.132. Crantz. 6. Metrop. 29. pag. 158. 159. Trithem. Chron. Sponh. pag. 250. & in Chron. Hirsaug. p. 131. Platina in Lucio II. p. 171.

5. Obit non sine veneni suspicione Bambergæ, & sepelitur in Monasterio Lorchensi.

Robert. de Monte p. 631. Vinc. Beluac. 27. S. H. 127. fol. 195. Trithem. Chron. Hirsaug. p. 135. Otto Frising. 1. de Frider. 63. f. 22 b.

II. FRIDERICUS I. Barbarossa.

1152 1. Magno Procerum consensu eligitur Francofordiæ, & coronatur Aquisgrani ab Arnoldo, Coloniensi Archiepiscopo, deinde Romæ à Pontifice Adriano.

Otto Frising. 2. de gestis Friderici 2. 3. fol. 23. Guntherus 1. Ligur. v. 445. Trithem. Chron. Hirsaug. p. 135.

2. Staturâ procerâ, sublimi & excitato Spiritu, facie eleganti, sed capillo & barbâ rufâ. Inde *Barbarossa* dicta.

Radevvicus de gestis Frid. lib. 2. c. 80. fol. 83. a. Gotfrid. Viterbiens. Chron. p. 519.

3. Dimissâ ob consanguinitatem uxore *Adila* Diepoldi à Vohburg, Marchionis filia, secundam accipit *Beatricem*, & cum eâ dotis nomine Burgundiæ partem maximam.

Guntherus 1. Ligur. v. 758. & lib. 5. v. 334. 244. Otto Frising. 2. 29. f. 36. b.

4. Bavaros & Austriacos dissentientes compo-

componit: Henricumque VIII. Austriæ Marchionem, Ratisbonæ creat primum Ducem Austriæ.

Guntherus 5. Ligur. v. 564.

5. In Italicis contra Pontifices & Proceres dissentientes expeditionibus Urbes frequentibus præliis affligit, tandemque cum iisdem Constantiæ pacem & concordiam init. Duces ei inter alios præcipui Otto Witelsbachius, stirps & origo Palatinorum Comitum Bavariæque Principum, & Bernhardus Palatinus.

Gunther. 7. Ligur. v. 239. & 6. v. 674. Urspergensis p 296. seqq. Albert. Stad. f. 189. 190. 194. Crantz. 7. Metr. ult. p. 169. Trith. Ch. Hirs. pag. 157.

6. Mediolanum capit, eidemq; tertium rebelli, muris & ædibus omnibus dejectis aratrum per medium urbis inducit, sale etiam insperso.

Helmold. 1. 90. *n.* 4. *p.* 205. *Otto Frising* 2. *c.* 12. 13. 14. *f.* 27. *Radevicus lib.* 1. *c.* 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 40. 41. 42. 43. *lib.* 2. *c.* 25. 27. 28. 29. 34. 38. 46. *fol.* 49. *&c. Urspergensis p.* 297. 298. 299. 300. 305.

7. Arnoldum, Archiepiscopum Moguntinum, cùm Moguntini in Monasterio S. Jacobi occidissent, de iisdem supplicium sumit Cæsar: cujus Præsulis successorem sub schismate Pontificum *Conra-*

dum, Comitem à Witelsbach, qui Alexandro contra Victorem adhæserat, exautorat, ejusque in locum surrogat Christianum, Cançellarium suum.

Conradus in Chronico rerũ Maguntiac. p. 454. 455. 456. Dodechinus p. 475 Gunther. 1. v. 395. &c. Crantz. 6. Sax. 18. p. 149. Erphespbord pag. 256. de Christiano Crantz. 7. Metrop. p. 168.

8. Ducem Poloniæ ad tributum solvendum adigit & Silesiam dividit inter tres filios Uladislai, Bohemorum Regis, *Boleslaum, Mieslaum, Conradum*, primos Silesiæ Principes.

Guntherus 6. Ligur. v. 446.

9. Franciæ Ducatum, hæreditario jure ob obitum Ducis Friderici acceptum, donat Episcopis Wirtzburgensibus.

Trithem. Chron. Hirsaug. p. 154.

10. In schismate Pontificum Victoris partes missis per regna literis contra Alexandrum III. tuetur, cum quo tandem reconciliatur amicè Venetiis.

Dodechin. p. 475. Helmold. 2. 17. p. 268. Trith. Ch. Hirsaug. p. 140. 141. 155.

11. In Comitiis Erfurti celebratis *Henricum Leonem, Ducem Saxoniæ & Bavariæ*, propter crimen læsæ majestatis & rebellionis Electoratu & Ducatibus Bavariæ & Saxoniç privat, quo exauctorato in conventu Würzburgico, ob navatã in bellis Italicis egre-

egregiam operam constituitur Dux & Elector Saxoniæ *Bernharaus*, *Comes Ascaniæ*, à quo tres familiæ postea descenderunt.

Helmoldus 2.24.p 276. Robertus de Monte p.672. Autor. Hist. de Landgrav. Thur. c. 19. p.917. Trithem. Chron. Hirs. p.154. Albertus Stadens f.193.

12. Urbem *Lubecam*, auctam privilegiis ad Imperii societatem adscribit, quam libertatem tum Gisebertus de VVarendorp, Consul Lubecensis & Legatus Reipublicæ obtinet. *Sic Ratisbonam, Hagenoam, Rotenburgum, Memmingum, Eslingam, Reutlingam, Heilbronnam, Aldenburgum in Misnia* evexit & privilegium dedit Hamburg. ut nemo ædificet castrum penes civitatem

Helmoldus 2.35.n.8.p.295. Crantz.6. Vandal. 15.pag.136. Frater Felix Fabri 1.Hist.Su.p.105. Regkman. Chron. Lubec. lib. 2.f. 11. 12. Georg. Fabrit. 6.orig. Saxon p.628. Albin. Chr. Misn. Lambec. 1. Rer. Hamburg.p.185.

13. Severa mulctatione propter excitatas se absente turbas in Imperio *Hermannum, Comitem Palatinum*, cum decem Comitibus complicibus, inter quos *Gotfrid Comes de Spanheim, Henrich de Catzenelnboge, Conradus Comes de Kirberg*, cogit, ut in pœnam *Canes* posterioribus pedibus ad humeros religatos per Teutonicum milliare portent.

Otto Fris.2.28. f. 36. Dodechin. p.474. Guntherus 5.Ligur.v.194.Trithem.Ch.Hirsaug. pag.137.

14. In *Expeditione Hierosolymitana*, magno apparatu Papæ & Principum institutâ, felix rebus præclarè contra Saracenos gestis, infelix obitu.

Arnoldus, Helmoldi Continuator, 3.28 p.356. c.29.p 357 c.30 p 360.c.31.p.362.c.32.p.363. c.33.p 365 c.34.p.369. Urspergensis p. 311.seqq. Albertus Stad f.197. 198. Godofridus Pantaleon.p.253.254.255.256.257.258. Crantz. 7. Saxon init.p.173.cap.38.p.199 & 7. Dan.18. p.165. Langius in Chron.p.789.

3. *HENRICUS VI.*

1190 1. Rex à Patre Friderico designatus Aquisgrani coronâ insignitur à Philippo, Archiepiscopo Coloniensi, postea tradito castro Tusculano à Pontifice Cœlestino III.

Godofr. p. 519. Arnoldus 4. 4.p.388 Crantz. 7.Sax.3.p.175. Albertus Stad. fol.192.

2. Fuit in agendis rebus strenuus, in hostes acer, in largiendo munificus, facundus eloquio, facie decora, statura mediocris, ingenio prudens.

Sched. Chron. fol. 230. Albert. desc. Ital. p.279. Gunther. Liguria. v.64. Vicent. Balv. 29. Sp. Histor. 51. fol.417.

3. Ex Constantiâ, Rogerii Regis Siciliæ & Apuliæ Filiâ quinquagenariâ Filium Panormi, nomine Fridericum, suscipit.

Ursper-

Urspergensis in Frid. p. 311. Rolev. p. 79. Albertus Stad. fol. 197. Lang. Chr. pag. 790. Crantz. 6. Sax. 49. p. 170. Trithem. Chr. Hirs. p. 159.

4. Obsidet *Neapolin* frustra, exercitu lue afflicto; iteratâ verò obsidione capit.

Arnoldus 4. 5. p. 389. Crantz. 7. Sax. 3. p. 175.

4. In *Siciliam* trajiciens potitur regno, quod dotis nomine repetebat ob uxorem Constantiam. *Apulia & Calabria* quoque totâ potitur.

Urspergensis p 317. Albertus Stad. f 199. 200. Crantz. 7. Sax. 6. pag. 177. & 7. Metrop. 17. p. 179. Trith. Chron. Hirs. p. 160. Otto de S. Blas. Chr. 39 p. 218. Crus. 2. A. S. 37. p. 217.

5. Saladino in Asiâ mortuo hortatu Pontificis Cœlestini III. in Palæstinam expeditionem instituit, motibus Italicis morteque præmaturâ à majoribus conatibus impeditus.

Arnoldus lib. 5. toto per capita quinque p. 429. Willebrandus ab Oldenborg Itiner. terra Sancta p. 125. 126. 134. 142. Crantz. 7. Sax. 9. p. 179 Trith Chron Hirs. p. 161.

6. Reducem ex Palæstina expeditione Richardum Angliæ Principem ob injurias Leopoldo Austriæ Duci, illatas cæpit, & post XVIII. mensium carcerem dimittit cum CL auri pondo solvisset.

Sigon. lib. 15 p. 353. Meibom. Histor. Leon. p. 267. & seq. mut. Chron p. 162.

7. Ordinem Militum Teutonicorum, qui

qui adhuc der Teutsch-Orden vocatur, à Friderico, Sueviæ Duce, in Palæstinâ institutũ, unà cum Papa Cælestino confirmat.

Crantz.8.Sax.3.pag.203. Crantz 7.Wandal. pag.159.

7. Ex veneni potu Messanæ, Siciliæ oppido, obit, & Panormi sepelitur in maximo Templo, relicto filio quinquenni Friderico, cujus curam Philippo Fratri commendat.

Godefrid. Pantal. p.262. Lang. Chron. p. 795. Trith. Ch p.161.

4. *PHILIPPUS.*

1199 1. Moguntiæ à majori parte Imperii Procerum Rex renunciatur, ab Archiepiscopo Tarentino consecratur, Aquisgrani coronatur.

Arnoldus 6.2.p.451. & 7.1.p.500.

2. Competitorem regni 1. *Bertoldum, Zaringiæ Ducem*, ultro sibi cedentem in amicitiam recipit. 2. *Ottonem Henrici Leonis Filium* profligat. Uterque incitatus & irritatus à Papa Innocentio III. fuerat.

Godefrid. Pantaleon. pag. 263. 264. 265. 266 274. 276. 277. Arnold. 6.2.3. p. 451. Ursperg. p. 319 320. 321. Trith. Ch. H. p. 162. Lang. pag. 795. c. venerabil. x. de Elect.

3. In uxorem accipit Irenen, Isaaci Angeli, Imperatoris Græci filiam, Alexii Imp. sororem, quæ promissa fuerat Tancredo, filio

filio Rogerii notho. Quatuor filiarum mater erat Regina, quæ post nuptias Imp. Ottonis cum filiâ Brunsvici celebratas moritur.

Matthæus Bappenheimius Chr. Australi p. 321.

4. Bambergæ in cubiculo sicariâ trucidatur manu ab *Ottone VVittelsbachio, Comite Palatino*, quem postea Marscalcus de Calent juxta Danubium interfecit.

Arnoldus 7.14. p.355. Godfrid. Pantal p.279. Urspergensis p.324. Lang. Chron. Cit. p.797. Crantz. 7. Sax. 28. p.193. Magnum Chronicon Belgicum p.211.

5. Spiræ regali sumtu & magnificentiâ tumulo infertur.

Brusch. p.879. Crus. A.S. 12. p.534.

5. OTTO. IV.

1. Princeps superbus animi altitudine clarior quàm consilii magnitudine, Aquisgrani coronatur ab Adolpho Coloniensi, & Romæ ab Innocentio III. 1208

Godofredus Pantaleon. p.278.279. Robert. de Monte p.678.681. fol.202. Alb. Stad. fol.202. Arnoldus 6.1. p.449. & 7.21. p.567. Crantz. 7. Sax. 15. p. 183. c. 28. p. 193. Chronicum magnum Belg. p. 218. Urspergensis p.326. Langius p.797. Siffridus p.693. Crantz. 7. Sax. 31.32. p.195.196. Trithem. Chr. Spons. pag. 162.261. Hirsaug. p.165.168.

2. Ottonem VVittelsbachium ob parricidium ejusque conscium Henricum, Marchio-

Marchionem Hiſtriæ in comitiis Francofortenſibus ex voluntate cæterorum Principum, proſcribit.

Arnold.7.16.p.559.Lang.Chr.p.797.

3. Uxores duas ducit, *Mariam*, Ducis Brabantiæ Filiam; & *Beatricem*, Philippi Imperatoris Filiam. Ex utrâque ἄτεκνος.

Arnoldus 7.19 pag.562.563.Godefr.Pantal.p.281.Otto Samblaſian.Chron c.51.p.226.

4. In Italiâ proſperis utens ſucceſſibus totam ſibi *Apuliam & Calabriam* ſubjicit, civitates in deditionem accepit, & inter res feliciter geſtas excommunicationem Papæ Innocentii incurrit.

Godefridus Pantaleon.p.279.280.Trith.Chr.H.p.169.

5. Prælio profligatur à Rege Franciæ Philippo ad Bovinenſem pontem commiſſo inter Lilam & Tornacum.

Crantz.7.Saxon.33.34.pag.196.197.Trithem. Chron. Hirſaug. pag.169. & Sponh. p.261.Guilermus Brito in rebus geſt.Philippi libro 10.& 11.per tot.Urſpergenſis p.333.

6. Obit ex dyſenteriâ in caſtro Hartzberg, & Brunsvigæ in Eccleſiâ S.Blaſii ſepelitur.

Albert.Stad fol.204.Crantz.7.Sax.39.pag.199.Walſingham in Neuſtr.hypod.p.461.

6. *FRIDERICUS II.*

1218 1. Legitimis ſuffragiis electus diadema anno

anno ætatis 20 accipit, à Sigfrido, Moguntinensi Electore, in Regem ungitur, Romamque profectus ab Honorio III. coronâ exornatur.

Albert. Stad. fol 204. Godef. Pantal. p. 280. 281. 282. 291. Urspergensis p 334. Langius p. 266. 267. Crantz. 7. Sax. 38. p. 199.

2. Sex uxores ei ductæ, 1. *Constantia*, Arragoniæ Regina, à quâ natus *Henricus*. 2. *Iolanda*, Joannis Brennæ Regis Hierosolymorum Filia, quam cum dote regni Hierosolymitani accipit. 3. *Agnes*, Marchionis Meraniæ Ottonis Filia. 4. *Rutina*, Comitis Bavarici Ottonis F. 5. *Mechtildis*, Ludovici Bavarici F. 6. *Isabella*, Joannis Regis Angliæ F. quam ex Anglia accipit Legato Petro de Vinea.

Godefridus Pantaleon. p. 292. 299. Crantz. 7. Sax. 39. p. 200. Selden. 2. de Syned p. 484.

3. Tres Concubinas possidet, tulitque ex *Blanca Lanza* Manfredum, qui postea Tarenti Princeps, & post obitum Conradi in regno Siciliæ successor, res magnas gerit.

Crantz. 8. Sax. 18. p. 214. Monach. Paduan. Chr. lib. 3. p. 622. Sabell. 9. Ennead. 6. col. 757.

4. Anathemate *ab Honorio Papa* notatus hostili animo in Italiam pergit, omnia vastans. Excommunicationem repetit *Gregorius IX.* itidemque *Innocentius IV.* per cujus edictum in Concilio Lugdunensi pri-

si privatur imperio; hinç bellum atrox in Parmenses, socios belli alios, qui *Guelfi* dicebantur faventes vero Imperatori *Gibellini.*

Alb. Stad. f. 207. 210. 211. 212. 215. 218. *Ursperg p.* 338. 339. *Trithem. Chr. Hirs. p.* 174. 177. 184. *Christianus in Chron. Mogunt. p.* 457. *Langius pag.* 797. 799. 800. *Aventinus* 7. *Annal. p.* 535. *Crantz. Sax.* 38. *p.* 199. & 8. 6. *p.* 205. & 7. *Metrop.* 52. *p.* 198.

5. Bellum sacrum *in Palæstinam* suscipit, urbem Hierosolymam, Joppem & Nazareth aliaque oppida à Saracenis recipit, & decennii inducias cum eis sancit. Expeditionis hujus sacræ comes fidelis *Ludovicus Thuringiæ & Hassiæ Landgravius* à Conrado Hildesheimensi Episcopo cruce signatus, obit in civitate *Ortrant*, relicta domi uxore S. Elisabetha, cujus gener ex filia Sophia Henricus, Dux Brabantiæ, stirps est Landgraviorum Hassiæ præsentium.

Abbas Urspergensis p. 335. 336. 337. *Siffridus p.* 694. *Autor Hist. de Landg. Th. p.* 960. *Godefr. Pantaleon. p.* 295. 296.

6. Ottonem Brunsvicensem & Luneburgensem Ducem Moguntiæ creat.

Crantz. 8. *Saxon.* 5. *p.* 204. *idem* 7. *Metrop.* 748. *p.* 196. *Chytr. Saxon. lib.* 12. *Meibom. pag.* 496.

7. Academiam *Viennensem* in Austriâ condit; nec non *Neapolitanam*. Philoso-

phiæ

phiæ & studiorum Mathematicorum restaurator, Aristotelis & aliorum libros Græcos & Arabicos verti curat, & multas Constitutiones edidit.

Ederus peculiari libro Authent. navigiâ C. de furtis AlbertSt.adensis fol.153.

7. Henricum filium, qui puer in Regem consecratus fuerat, ob rebellionem vitiaque imperio contraria captum VVormatiæ primum, dein Heidelbergæ custodiendum tradit Ottoni Palatino: arctioriq; custodiæ in Sicilia mancipat, ubi moritur.

Matthæus Paris in Henr. III. f. 401. Trithemius Chron. Hirsaug. p. 182. & Chron. Sponh. p. 276.

8. Memoriam celebrat S. Elisabethæ Marpurgi, primus sarcophagum erat, coronamque auream, capiti defunctæ, quæ mandato summi Pontificis arcæ aureæ concluditur, imponit. Epitaphium adhuc hodie monstratur augustè extructum.

Godofr. Pantaleon. Annal. p. 300.

9. Dolo sublatus in Apuliâ Panormi sepelitur in cucullâ Ordinis Cistertiensis anno ætatis LIV.

Compilator p. 743. Laugius p. 804.

TEMA IV.

INTERREGNUM XXII. Annorum.

1. Vivo Friderico & è vivis sublato tur-

bæ in Imperio factæ interventu Paparum maximæ. Quatuor aut quinque Principes *Proci Imperii* inter se dimicant. Promulgantur & substituuntur dissentientibus votis Cæsares.

2. In Imperio magna erat inter Proceres contentio, expetentibus hoc hunc, illo illum, isto istum, & creditur Imperium fuisse sine certo Rectore distractum inter varios motus civiles ultra XX. annos, vocato in motus pacandos nunc Hôc, nunc illô.

Langius in Chron. Citz. p. 801 *Trithem. Ch. H. pag.* 185.

3. Si quæ Germaniæ ætas calamitatibus exposita fuit, si quod tempus variis motibus agitatum certe interregni fuit, tantis namque objectum fuit periculis, ut non Princeps, Comes, Civitas non societas vetus tuta & immunis ab incursibus bellis fuerit; & quoniam in diebus illis non erat Rex in Germania, (ut verbis sacris loquamur) qui juxta legem & sanctiones regeret, protegeret, unusquisque quod sibi placuit, fecit.

Urstis. Chron. Basil. 18. *p.* 125. *Lhem.* 5. *Chron. Spirens.* 92. *p.* 604. *Stumpf. Chron. Helvet.* 51. *fol.* 326. *Joh.* Königshoven *in Chron c.* 4. *pag.* 158. *Francisc. Guillim. Caspar. à Lerch. de ordin. Equest.*

CON-

1. CONRADUS IV.

1. Vivo Patre puer adhuc in Austriâ Rex designatur Spiræque à Principibus Imperii confirmatur.

Pantaleon Godofrid. p. 302. Trithem. Chr. H. p. 184.

2. A Papa Innocentio excommunicatur, qui spretâ fulminis sententiâ rem in Apulia gerit strenuè contra hostilem exercitum.

Trithem. Chr. Hirsaug. p. 184. Crantz. 7. Sax. 39. p. 200. Blond. Ital. illust. p. 392.

3. Toxico à fratre Manfredo enecatur: à cujus morte CONRADINUS, hujus familiæ ultimus, Papæ Clementis IV. instinctu miserè perimitur, securi cervicem præbens.

Trithemius Chron. Hirsaug. p. 193.

2. HENRICUS VII. Hassiæ & Thuringiæ Landgravius.

Favore Romani Pontificis.

1. Favore Pontificis Herbipoli ab Archiepiscopo Moguntino, Coloniensi, Trevirensi, coadjuvantibus Episcopis Argentinensi, Metensi, Spirensi, fuit denominatus Rex Conradum Friderici Filium, prælio ad Francofurtum vincit, Reutlingam verò frustra obsidet.

Siffridus lib. 2. p. 696. Albertus Stad. fol. 218. Trithem. Chr. Hirsaug. p. 185. Erphesfordiensis p. 258. Crantz. 8. Sax. 13. 14. p. 211. Gerstenberger Chron. Franceberg. col. 25. 26.

2. In expugnatione Urbis Ulmensis occumbit telo tactus. Obitum *Hassiæ & Thuringiæ divisio* insecuta.

Annales de Thuringiæ Landgraviis breviores p. 960.

p.960.Comp.p.743.Siffr p.696. Albert.Stad. 219. Naucler.2. Gener.43. fol. 237.

3. *GVILELMVS Hollandiæ Comes.*

1247 1. Suasione Papæ Regium titulum sumit, potentiâque nixus Ottonis, Ducis Brunsvicensis, Soceri, armatâ manu Aquisgrani coronam aufert.

Rolevinc p.61. Siffridus p.696. Trithem. Chr. Hirsaug. p.188.

2. A Conrado victus viribus impar recipit se ad suos Frisios, à quibus per insidias interimitur.

Siffridus p.697. Crantz. 8.S.19 p. 214. Trithem. Chr Hirs.p.189. Albert Stad f.222. qui in hac historia Chronicon finivit.

4 *RICHARDVS, Comes Cornubiæ.*

1. Frater Henrici Regis Angliæ de manu Præsulis Coloniensis Conradi Aquisgrani accipit coronam.

Erphesford.p 258. Crantz.8.Sax.p.215.

2. Thesauris, quos ex Anglia detulerat, consumtis, effusaque in Episcopos, penes quos erat imperii conferendi præcipua potestas, pecuniâ redit in Angliam vacuus.

Crantz.8.Sax.22.p.216. Trith.Chr.Sponhem. p.282. Alb. Arg p.92. Leheman. Chr. Spirens. 93 p.606.

5. *ALPHONSVS, Rex Castellæ in Hispaniâ.*

1. Electionem, quâ cum Riccardo inter factiones Electorum concurrit, persuasionibus Papæ admittit, modestè prius Imperium deprecatus.

Trithem. Chron. Hirsaug. p. 282. Litera Ur-

bani

bani IV. ad Richardum & Alphonsum ap. Bzovium ad A.C.1262.

2. In congressu Pontificis Gregorii X. propè Bellocadurum agnoscens Rudolphum legitimè electum cedit, suo regno contentus.

Rolevincius fol.81.b.

CLASSIS II.

A RUDOLFO Habsburgico ad Carolum V.

Pleriq; Imperatores ex Austriacâ sunt familiâ usque ad Carolum V. & ab eo interruptâ serie usque in praesentem Imperatorem.

LEOPOLDUM I.

1. RVDOLFVS I. Habsburgensis.

1. Genitor ejus *Albertus, Comes Habsburgicus & Landgravius Alsatiæ,* qui castra secutus militiæ sacræ Friderici Barbarossæ in Palæstinâ obiit. Mater *Heylvviga*, Ulrici Comitis in Kyburg Filia, quæ fratrem habebat *Hartmannū*, ultimum Kyburgicæ antiquissimæ gentis Comitem.

Chronicon Constantiense p.664. Guillimann. Habsurgiaca p.323.324. Felix Faber. Hist. S. 13.p.127.

2. Princeps pius, magnanimus, facundus, felix, ingenuus, placidus, placabilis, in egentes liberalis, in Ecclesias beneficus, comis mirè facetus, in dictis scommatum patiens, in omni actionum genere promptus, & in cultu vestium modicus.

Guillim. lib 6.c.4. decum. Monast. Würtenb. Harm. Sched. Chron. f. 242. Sigfr. 2. p. 699. Albert. Arg. p. 101.

3. Fessâ civilibus diffidiis Germaniâ *Imperator* ritè designatur, & Aquisgrani consecratur, procurante Wernero, Archiepiscopo Moguntino, qui antea Comitem illum Romam profecturus pallii obtinendi causâ comitem habuerat fidelem.

Siffridus 2. pag. 268. Rolev. p. 82. Frater Felix Fabri, Mon. Ulmanus, 1. Hist. Suev. 13 p. 128. 129. Lang. Chron. Citic. p. 813 Manlius Chron. Constant. d. 670. Crantz. 8. Sax. 30 p. 221.

4. Tristitia Henricorum & Fridericorum exempla considerans Romam adire *coronationis & conjurationis ergò* renuit, solitus Æsopi fabulam recitare de Vulpeculâ, vestigia circa anrrum Leonis metuente.

Verba Rudolfi apud Trithem. Ch. Hirs. p. 195. Goldastum T. 1. Constit. p. 311. Felix Fabric. 1. H. S. 13. p. 133.

5. Conjugio felix Pater ex *Anna Hohenburgicâ*, priore Conjuge, septem filiorum totidemque filiarum, è quibus nuptum dedit. *Mechtildem*, Ludovico Palatino Electori: *Agnetem*, Albrechto Saxoniæ Electori: *Hedvvigem*, Ottoni Electori Brandenburgico: *Juttam*, Wenceslao Regi Bohemiæ Ottocari filio: *Catharinam*, Ottoni Bavaro, Regi Hungariæ: *Clementiam*, Carolo Regi Neapolitano.

Trithem. Chron. Hirsaug p. 195. Felix Faber Hist. S. 13. p. 136.

6. In Ottocarum, Bohemiæ Regem, qui *Au-striam*

striam à Margarita uxore dotis nomine tenuerat, movet, eoque devicto *Austriam, Styriam & Carinthiam* Alberto Filio communi Principum consensu concedit, unde *Familia Austriaca* originem suam deducit, & amplissimum Principatum, in hunc usque præsentem diem floridum, accipit.

Trithem. Chron. Hirsaug. p. 195. 196 *Felix Fabri* l. 13. *p.* 134. *Æneas Sylvius de histor. Bohem. c.* 27. *p.* 51. 52. 53. *Palmerii Chronicon. p.* 126. *Aventinus* 7. *Ann Boj. p.* 570. 571. *Chytræus l.* 12 *Sax p.* 304. *Matth. à Papens. Chron. Aust.* 321.

7. Reginaldum Burgundum subjugat, qui Episcopo Basileensi fuerat molestus incursionibus. In Helvetico hoc bello ei militabat Reinvvaldus Fürer, cujus posteritas Notinbergæ inclaruit longâ temporis serie.

Trithem. Chr. Hirsaug. p. 198.

8. Guelforum & Gibellinorum factiones comprimit, Italiam placat, placatus muneribus civitates libertate donat.

Crantzius, Blondus, Nauclerus, Sabellicus apud Sigonium 20. *de reg. Ital. p.* 125. *Trithem. Chron. Hirsaug. pag.* 209. *Volaterranus l.* 23. *Anthrop. p.* 556.

9. Suevos tumultuantes sub Eberardo, Comite Würtenbergico, & defectionem familiæ Ducum Sueviæ cohibet.

Nauclerus 2. *Gen.* 43. *fol.* 238. *Trith. Chron. Hirsaug. p.* 195.

10. Erphordiæ conventum Principum egit, in eoque de reliquis per Thuringiam prædo-

num arcibus vulgò Raubschlösser/ destruendis constituit, tumultuantes Erphordiæ cives præcipuis capitali supplicio affectis, compescuit, & Albertum denique Thuringiæ Landgravium cum filiis Friderico & Hermanno reconciliavit.

Erphesford. p.260. *Anonymus de Vet. Thuring. Landgrav.* c.76.p.932. *Nauclerus* 2. *Gener.* 43.f.236.237.239. *Lehm.* 5.*Ch. Spir.* 104. *pag.* 624.

11. Pseudo-Fridericum, *Tilo Colup* aliàs vocatum, qui se pro Friderico juniore ostenderat Suevis & Thuringis, urbesque quasdam ad se pellexerat, Novesii expulsum Wetzflariæ comburi jubet, loco qui hodie adhuc vocatur Käysers-Grund.

Felix Faber 1.*H S.*13.p.137.*Siffrid.* 2.p.700. *Aventinus* 7.*Ann.*p.572.*Spangenberg. Chr. Sax.* c. 267.p.453.*Caspar. Hedio in Chr.* l.3. p.563.*Wurstis. Chron. Bas.* p.144.

12. Marchionem Badensem sociasque civitates in ordinem redigit.

Langius Chron. Citic. pag.813. *Nauclerus* 2. *Gen.* 43. *fol.*235.*a.*

13. Sancit, ut Edicta, Privilegia & Instrumenta non aliâ quàm Germanicâ concipiantur linguâ, ad dissidia tollenda.

Goldastus T.1. *Constit. Imp.* p. 311. *Crusius* 2. *Annal. Suevic.* 8. p. 13. *Spang. Chron. Sax.* cap.264.

14. Scommatum patiens, mirè facetus in dictis, adeò ut moribundus jocaretur.

Siffridus 2.p.699.

15. Argen-

15. Argentinâ Spiram contendens circa Germershemium obit ætat.73.& Spiræ sepelitur juxta Philippũ, Friderici Barbarossæ Filiũ.

2. *ADOLPHUS Nassovicus.*

1. Eligitur Francofurti, & Aquisgrani coronatur procurante Gerhardo, Archiepiscopo 1292
Moguntino, cognato suo, qui tamen eum postea deseruit.

Vincentius Beluac.31.S.H.20.p.467. Aventin.lib.7.Annal.p.578.Auth.Chron.Colmar. p.2.p.57.

2. Ante imperium à Brabantiæ Duce captus ob dicendi libertatem dimittitur.

Text. Chron.Nassov.p.75.

3. Ex uxore Imagina Gerlaci Comitis Limpurgensis Filia, sustulit octo liberos.

Textor.Chron.p.72.80.

4. Stipendiarius Eduardi, Angliæ Regis, contra Philippum Gallorum Regem malè audit.

Nauclerus 2.Gen.44 f.241.

5. Thuringiam emit ab Alberto Thuringiæ Landgravio, invitis Ordinibus regionis, unde in Thuringiâ & Misniâ bellum variâ gerit fortunâ; nec sine crudelitate, sacra simul & prophana polluens.

Langius Chronic Citic.p.817.Siffridus 9.pag. 700.Autor.Histor.de Landgrav.c.78.p.932, Spangenberg.Chron. Saxon.c.272 pag.460. 461.462.c.273.p.463.Chytr.Saxon.p.168.

6. Eo deposito Septemviri Austriæ Ducem *Albertum* Regem renunciant; prælioque in agro Vangionum juxta Dornberg commisso novi Cæsaris ense cadit. Sepelitur in Monasterio Frovvenfeld.

Siffridus 2.p.701. Felix Fabri 1.Histor.Suev. p.138.Crantz.8.Saxon.35.pag. 224.Trithem. Chron.Hirsaug.p.203.204. Naucler. 2. Gen. 44.fol.241.

3. ALBERTUS, Dux Austriæ.

1. Coronatur Aquisgrani à Wicholdo Archiepiscopo Coloniensi, electus primò Francofurti tanto hominum concursu, ut inter illos Dux Saxoniæ opprimeretur.

Crantz.8.Sax.36.p.244. Aventinus 7. Ann. p.588.

2. Electionem Bonifacius VIII. improbat, auditâ Adolfi nece, confirmationem petenti superbè denegat, postea approbat, Gallicique regni coronam, excommunicato Philippo Pulchro, offert.

Crantz.8.Sax.36. & 37.p.225.Felix Faber 1. H.S.13.p. 159.Vinc.Belua.31.S.H.23.p.467. Egnat.exempl.illust.vir.lib.1.p.15.

3. Ducit in uxorem *Elizabetham*, Meinhardi Ducis Carinthiæ, Comitis Tirolis & Goriciæ Filiam, unde ei nascuntur XXI. liberi.

Trithem.Chron.Hirsaug p.204.Cusp.p.449.

4. Bellum gerit contra confœderatos Electores & Principes, Gerhardum Moguntinum, Dietherum Trevirensem, Henricum Coloniensem, Archiepiscopos, Rudolphum Rheni Palatinum aliosque Principes, fœdus illud in suæ majestatis diminutionem interpretans, Bingâque captâ fœderis socios in ordinem redigit.

Trithem.Chron. Sponh. p.300. Chr. Colmar. p.2.p.61. ubi descriptio (ancri in oppugnatione ad-

ne adhibiti. Nicol. Serrar. 5. Rer. Mogunt. p. 848.

5. Ob Hungariam cum Ottone, Duce Bavariæ, Regni instinctu Conradi Salisburgensis Episcopi, affectatore, dimicat eventu adverso.

Aventinus 7. Annal. p. 592. Chron. Colmar. part. 2. p. 61.

6. Filio Rudolpho Bohemis obtruso vertit arma *contra Marchiones Thuringiæ*, tunc imparatos intestinoque bello jam exhaustos, qui memorabili clade *ad Luccam* oppidum inter Ceitzium & Bornam, Cæsareanos fundunt fugantque, expulso simul Diethmanno, Abbate Pegaviano, Natum hinc adagium: Es geht dir/ wie den Schwaben vor Lucca.

Erphesfordiensis ad Lamb. p. 262. Spangenberg. Chron. Saxon. c. 276. p. 470. c. 277. p. 471 472. c. 278. p. 472.

7. A Johanne, Filio Fratris, ope trium Conjuratorum, cum rediret è thermis Badensibus, propè Vindonissam (Windisch) miserè interficitur in campo, ubi postea Conjunx erexit Monasterium Königsfeld. Cædem cædes secutæ, inque agro Tigurino destructæ arces Eschibach, Merischvvanden, Schnabelberg, Maschvvanden. Rex Spiræ juxta Patrem sepelitur.

Felix Fabri 1. *H.S.* 13. *pag.* 139. 140. 141. 142. *Chron. Elvvanges* 458. *Continuator Steronis Wellingus p.* 406. *Vincent Beluac.* 31. *S.H.* 25. *fol.* 467. *b. Nauclerus* 2. *Gen.* 44. *fol.* 244. *Aventinus* 7. *Ann. p.* 593.

4. HENRICUS VII. *Lützelburgicus.*

1. Eligitur *Francofurti*; coronatur *Aquisgrani*, 1308

grani, ab Archiepiscopo Coloniensi: *Romæ* in Laterano per duos Cardinales, absente tunc in Gallia Clemente V. *Mediolani* per Castonum Archi-Presbyterum.

Palmerius Chron. f. 128. *Wellingus p.* 406. 407 *Naucler.* 2. *Gen.* 44. *f.* 244. *Volaterranus l.* 23. *p.* 557.

2. Uxorem habet *Margaretham*, Ducis Brabantiæ Filiam, ex quâ nascuntur *Johannes*, Rex Bohemiæ; *Beatrix*, nubens Carolo, Regi Hungariæ; *Maria*, uxor Caroli pulchri Franciæ Regis; *Agnes* Rudolpho Palatino ad Rhenum elocata.

Cuspinianus p. 452. 455. 457.

3. Filio Johanni Bohemiam acquirit per nuptias cum Reginâ Bohemicâ Elisabethâ, Henrico Duce Carinthiæ ejecto.

Nauclerus 2. *Gen.* 44. *fol.* 245. *Aventinus* 7. *Annal. p.* 593. *Goldast. de Bohem p.* 635.

4. Exercitu comparato procedit in Italiam, cui ipse præest, Gibellinis auxilio futurus. Socii militiæ sunt Rudolphus Bojus, Luitpoldus Austriacus. Mediolani factionem Turrianarum opprimit.

Langius Chron. Citic. p. 825. *Crantz.* 9. *Saxon. c.* 1. 2. 3. 4. 6. *p.* 229. 230. 231. 232. *Naucl.* 2. *G.* 44. *f.* 245. *Aventin.* 7. *p.* 894. *Volaterr. p.* 558.

5. Robertum, Siciliæ & Apuliæ Regem, tanquam Majestatis reum proscribit, armaque in eum parat Pisis.

Palmerius Chron. f. 128. *Rubejus* 6. *Hist. Raven. fol.* 128. *Edictum proscriptionis ap. Goldast. Constit. Imper. T.* 1 *pag.* 321. 322. 323. *vid.*

sent.

sent. privat. apud Albericum de Rosat. ad L. quisquis C. ad L. Majest.

6. Exercitum ducit contra Eberhardum, Würtenbergicum Comitem, juratum Urbium Imperii hostem, eumque arcibus munitissimis nudat, qui postea apud Hassiæ Landgrav. & Marchionem Badensem usque ad Imp. mortem latitavit.

Lang. Chr. Cit p. 825. Naucler. 2. G. 44. f. 245. Lehm. 7. Chron. Spir. 11. p. 733. 734. Urstis. Chron. Basil. c. p. 153. Leben. p. 734.

7. Bellum in Misniâ ab Adolpho cæptum, ab Alberto continuatum, componit, ut Fridericus Dux Thuringiam & Misniam, Bojemi inferiorem Lusatiam retinerent.

Spangenberg. Chron. Sax. c. 278. p. 473. 474.

8. Regnante Henrico Templarii in tota Europa interfecti sunt.

Stero in Chr. p. 407. Stangenfol. lib. 3. p. 404. Carrier. de Pontif. p 69. Marian. lib. 16. Rer. Hisp. c. 10.

9. Florentini obsessi Bernhardum Politianum, Monachum Ordinis Prædicatorii corrumpunt, qui oblatâ venenatâ hostiâ Sacramento Principem fortissimum sustollit; quem Pisani sepeliunt.

Wellingus Annal. p 407. Felix Faber 1. H. S. 14. p. 147. Trithem. Ch. Hirsaug. p. 34. Crantz. 9. Saxon. 7. p. 234. Nauclerus 2. G. 44. f. 462. Aventinus 7. p. 598.

5. LUDOVICUS IV. *Bavarus.*

1. In contentione gravi Electorum eligitur, pro *Friderico Austriaco* nonnullis vota facienti- 1314

cienti-

cientibus, quorum ille Rudolphum habet avum maternum; hic eundem avum paternum.

Wellingus, Contin Steronis p.408.409. Tritem. Chron. Bavariæ Ducum p.113. Palmerii Chron. f.128. Crantz.9. Sax.8.p.234.

2. Contra Æmulum suum, Bonnæ præcipuo Autore Coloniensi Episcopo electum, arma expedit. Utrinque certatum diu, pacificationes tentatæ, quæ συῤῥαξις tristissima anno demum post electionem octavo dirimitur prælio, *Friderico in acie victo & in custodiâ per triennium detento*, quo elapso, postquam fidem dederat de imperio non invadendo, libertati restituitur.

Rebdorf. Annales p.421.422.423. Willingus p.410. Nauclerus 2. Gener.45. f 248. Crusius 4. Annal. Suev.3.4.p.207. Avent.7. Annal. pag.600.

3. Italiam adit occupatus in pacandis dissidiis Guelphorum & Gibellinorum; *Romam occupat*, *coronam accipit* à Cardinali Stephano Columnensi. Exauctorato ibi Papa *Johanne XXII.* substituit Nicolaum V. qui brevi post captus moritur in vinculis.

Edictum Exauctorat. apud Goldast. T.1. Const. Imp. p.328. Joh. à Leiden. Hist. Belg. l.27.c.29. p.256. Rebdorf. Annal. p.423.424. Chron. Elvvang. p.459. Palmerius Chr. f.129. Alvarus Pelagius 1. de planctu Ecclesiæ 65. fol. 82. b. Lehman. Chr. Spir.7.c.1.4.p.742.743.744.

4. Sancire ἀμνηστίαν dum in animo habet, interturbat quietiora consilia *sedes Papalis*, decreto in eum promulgato, ut deponat dignitatem.

tem. Concertationum hinc novarum erumpit flamma, maximis calamitatibus involvens Regnum & Ecclesiam.

Alv. Pelagius 1. de planctu Eccl. c. ult. f. 99. & lib. 2 c. 12. f. 46.

5. Trium Pontificum banno fatigatur. Excommunicationem Johannis XXII. & Benedicti XII. *Clemens VI.* nihilo clementior Antecessoribus, repetit anno 1343. cùm tenueret in manus Papæ resignare Imperium: sed ille spretô banno Pontificiali præcipuis locis Italiæ suo nomine Principes præficit, jusque suum per Principum Imperii decretum defendit.

Naucl. 2. Gen. 45. f. 250. 251. 252. Trith. Chr. Sponhem. p. 309. Hainric. Rebdorfensis p. 426. 427. Vadianus de Colleg. p. 100. Cuspinianus p. 470. 471. Aventinus 7. pag. 608. 609. Volaterranus l. 23. p. 558.

6. Cum Pontificibus maximas usq; ad mortem simultates exercet, qui alium Imperatorem præscribunt, rati non esse ratam Electionem, nisi etiam accedat confirmatio & ratificatio Pontificia. Ipse contra nitens *Edicto potestati Papæ masculè opposito*, Concilium Francofurti cogit, & contra iniquos processus Johannis jus suum vindicat. Ejecti hinc Ulmæ, Francofurti aliisque locis Religiosi, Clerici & Monachi, qui Edicto Imperiali non parebant.

Edictum Imp. apud Goldastum T. 1. Const. Imp. p. 325. 331. Scripta pro Cæsare Occami, Marsilii apud Goldastum Monarch. Rom. Imp. Vol. 3. à p. 154. ad 1335. Felix Fabri. 1. Histor. S. pag. 149. Crusius 4. 3. Suev. Ann. 7. p. 220. ex MS. Chron.

Felici

Felicis Fabri. Aventinus 7. p. 610. 628. Rescriptum Electorum pro Ludov. ap. Goldast. Const. Imp. p. 335. Lehman. 7 Chron. S. 18. p. 753.

7. Marchiam Brandenburgensem vacantem Filiis suis confert, quam ab Ottone Carolus VI. venditione accipit, & Sigismundo Filio concedit. Inde venit ad Fridericum, Burggravium Norinbergensem, stirpem Electorum Brandenburgensium hodiernorum.

Chron. Elvvangense p. 458. Chytraus lib. Sax. p. 38. 39. Crantz. 9. Metrop. 24. p. 248.

8. Quatuor Civitatibus Imperii Wetteravicis *Francofurto*, *Fridberga*, *Wetzflaria* & *Geilnhusa* concedit fœderis & Societatis inire vincula cum Principibus, Comitibus, Equestrisq; Ordinis hominibus infirmum ac fidele subsidium Imperii. Oppido Butzbach eam dedit libertatem, ut omnibus frueretur commodis, quibus civitas Francofurtensis gauderet.

Priores Imperat. literæ apud Freherum in Hist. Relat. de Wetteravia. c. 6 p. 21. Posteriores in dicto loco.

9. Occasione scissionis istius intestinæ *Helvetii* à ministris Principum & Nobilium vicinorum graviter pressi & afflicti de excutiendo jugo cogitant, Leopoldum Austrium Friderici Fratrem apud Moregartum prosternunt, in fœdus, quod Ludovicus confirmat, coëunt, & libertati quæsitæ diversis præliis consulunt.

Nauclerus 2. Gen. 46 f. 256.

10. Fluctuante regno, & jam à nonnullis Reensii urgente Papa Clemente Carolo Boëmico

mico electo, Bavarus anno post Caroli electionem proximo apud Weilhaim in venatione apoplecticus moritur, & Monachii sepelitur.

Ludovici Decretum de Pseudo electione Caroli apud Goldast. Tom. 3. Const. Imp. p. 413. Trithem. Chron. Sponheim. p. 320. Nauclerus 2. 45 f. 253.

6. CAROLVS IV.

1. Pater ei Johannes Rex Bohemiæ; Mater Elisabetha, Wenceslai Bohemiæ Regis Filia, nata ex Jutta Rudolphi Habsburgici Filiâ. 1346

Cuspinianus p. 475.

2. In ejus electionem Electores non consentiunt, cui tres opponuntur 1. Eduardus Angliæ Rex. 2. Fridericus, Marchio Misniæ, qui duo cum se excusarent, eligitur. 3. Guntherus, Comes Schvvartzenburgicus, quem venenatum poculum à Medico propinatū sustulit Francofurti.

Hainricus Rebdorfens. p. 443. 445. Trithem. Chron. Sponh. p. 220. 221. Chronicon. Limpurgense p. 8. Nauclerus 2. Gen. 46. f. 255. Avent. lib. 7. pag. 634. Cuspinianus pag. 475. 481. 482. Lehman. 7. C. S. 34. p. 779. 780.

3. Romam bis adit, anno 1355. cùm ritu solenni coronaretur à duobus Cardinalibus; & anno 1368. cum uxor Elisabetha coronata salutaretur Augusta.

Rebdorfensis Annal. pag. 448. Trithem. Chron. Hirsang p. 228. Naucl. 2. Gen. 46. f. 256. Volaterranus p. 258.

4. Quatuor ei Conjuges, 1. *Blanca*, Comitissa Valesiæ, soror Philippi Valesii Regis, unde

filiæ duæ, Margaretha Ludovico Hungariæ & Poloniæ Regi nupta, Elisabetha Johanni Galeacio, Vice-Comiti Mediolanensi, nupta. 2. *Agnes*, Rudolphi junioris Palatini ad Rhenum Filia. 3. *Anna*, Bulconis Ducis Suidnicensis filia. 4. *Elisabetha*, filia Bogislai Stetinensium Ducis, mater Sigismundi & Johannis.

Trithem. Ch. S. p. 321. *Cuspinian. p.* 480.

5. Ordinationem S. R. Imperii, quam vocant *Auream Bullam*, promulgat Metis, in eâ præscribens officio Electorum ac Cæsaris Electioni ordinem ac modum.

Aurea Bulla apud Goldastum Tom. 1. *Constit. Imp.* 352 *ad p.* 368. *Crantz.* 9 *Saxon.* 29. *p.* 250. *Freher. ad Petrum Andlov. p.* 162. *Arumaus, Rummelinus, Mylerus, Dietericus in A. B.*

6. Pragam Academiæ erectione & Urbis amplificatione celebriorem reddit. Arcem à nomine suo Carolstein extruit, sacellumque *D. Nicolao* consecrat.

Vincent. Beluac. 31. *S. H.* 48. *f.* 472. *b. Crantz.* 10. *Vand.* 1. *p.* 226. *Naucl.* 2. *Gen.* 46. *fol.* 257. *Cuspinianus p.* 479.

7. Pactum successorium reciprocum inter Regem Bohemiæ & Duces Austriæ erectum renovat cum Alberto & Leopoldo, Austriæ Ducibus, juratòque confirmat. Lusatiam & Silesiæ quandam partem, Principibus vel bello vel precio cedentibus, Bohemiæ Regno adjungit.

Goldastius 16. *de Regn. Bohem.* 18.

8. Wilhelmum, Marchionem Juliacensem, ad fastigium Ducatus evehit.

Joh. à Leidis 29. *Chron. Belg.* 6. *p.* 270.

9. Fla-

9. Flagellantium sectam per Alemanniam grassantem ejicit.

Crantz.8.Vandal.28.p.194.Chron.Limpurg. p.10.11.12.13.Nauclerus 2. Gener.45.fol. 253. Wurstis.3.Chron.Basil.12.p.171.172.

10. Ob administrationem profusam bonorum Imperii neglectamque Italiam, quam venalem habebat, *Vitricus Imperii* à Maximiliano dictus, alienatis nobilissimis Imperii reditibus & provinciis.

Lehman.7.Chron.Spir.40 p.785. Iac.Spiegelius in Gunther.p.280.Cuspin.p.480. Frosardus l.4.Hist.q.254.Volaterr.L.23.p.559.

11. Francofurtum electioni Romani Regis futurique Imperatoris locum certum constituit, ibique hactenus electi Wenceslaus, Jodocus, Rupertus, Sigismundus, Albertus II. Fridericus III. Maximilianus I. Carolus V. Matthias, Ferdinandus II. *Leopoldus I.*

12. Wenceslaum Filium assensu Principum successorem magnis largitionibus constituit, ad id Imperii patrimonio abusus.

Æneas Sylvius Bohem.c.32.p.63.Crantz. 10. Sax.3.p.260.

13. Obit Pragæ, ibidemque in D.Viti Basilicâ humatur ætatis LXIII.

7. VVENCESLAVS.

1. Nascitur & baptizatur Norinbergæ; in cunis coronatur Rex Bohemiæ; prece precioque Patris promovetur ad imperium, & Aquisgrani coronam accipit. 1378

Rebdorfens. Annal p.451. Chron. Limpurg. p.77. Æn Sylvius Hist.Bohem.c.34.p.64.

2. Nuptias magnâ pompa celebrat Norinbergæ cum *Johanna*, Alberti Bojorum Ducis Filiâ. Alteram superinducit ex domo Bajoaricâ, nomine Sophiam.

Sylvius d. c p.64.

3. Ignavus & libidinosus Princeps, ad levia & nugatoria propensus, ferus, vini quàm imperii curiosior & accurratior custos.

Crantz 10. *Vandal.* 1 *p* 226.

4. Pro pecuniâ *Ducatum Mediolanensem* vendit *Johanni Galeacio Vice-Comiti*, quem in Ducem creat sine consensu Imperii, hominem ferum & avarum.

*Trithem. Chron. Sponh. p.*340. *Theod. de Niem. Labyrinth. Tr.*6. *c.*33. *p.*487.

5. Pecuniâ acceptâ *Argentinenses* à se, solenni judicio Egræ habito, proscriptos exercituq; obsessos, pronuntiat liberos turbarumque incentor Fridericus à Blanckenheim, Episcopus Argentinensis, clanculum abit Episcopatu.

*Chron. Limpurg p.*102. *VVimphelingus Catalog. Episcop. Argent. pag.* 98. 99. *Bernhardus Hertzog* 4 *Chron. Alsat. p.*101. 102. 103. 104. 105. *Hedio Chron. lib.*4. *p.*597.

6. Wilhelmum, Comitem Montensem, in Ducem evehit magnâ cum solennitate.

*Trithem. Chron. Sponh p.*337.

7. Philippo, Domino de Falckenstein, Francofurti Comitis titulum exhibet.

*Chron. Limpurg. p.*120.

8. Clementiâ ejus *Johannes Hussus*, aliâs *Hussinecius*, Academiæ Pragensis Professor, felicius rem religionis promovet, ejusque defendendæ

causa

causa ad Concilium Constantiense proficiscitur.

Æn.Sylvius.A.b.c.35 p 65.66.

9. Hoc tempore à Bertholdo Nigro, Monacho, *Bombardæ* sunt inventæ, & inventorem dicitur Wenceslaus neci dedisse.

Camer.3.hor.sub.28.p.115.

10. Corpore & animo difformis & ob indignissima facinora throno imperiali, quem Parentis promotione venalem habuerat, à Proceribus Imperii deturbatur. Lecta & renuntiata fuit sententia exautorationis per Johannem Archiepiscopum Moguntinum suo & Coëlectorum nomine sub castro Lõenstein ad Rhenum è publico solio in tribunalis usum erecto, quod adhuc hodie solet ostendi diciturque der Königs-Stul.

Diploma exautorationis apud Goldastum Constit.Imper.T.1.p.379. Trithem. Chron. Sponh. pag.340.

11. Imperii privationem æquo ferens animo decedit sine curâ & solicitudine.

Æn.Sylvius c.34.p.65.Lehman.7.Chron.12. Spir.59 p.826.

12. Sub dominatione improbâ scenici hujus Imperatoris, publicâ fide corruptâ, solicitabant se Principes, Comites, Urbes, in mutuas societates & sodalitates, sub vinculo legum certarum, ad mutuam benevolentiam & propulsationem violentiæ. Cæperat in Wetteraviâ sub Duce Wilhelmo, Comite Widensi, *Societas Leonum*, die Löwen-Gesellschafft / erecta Wisbadii 1379. cui se addixerant Comites *Wil-*

helmus & Eberhardus Cattimelibocenses, Johannes & Walram Nassovici. Wilhemus & Johannes Isenburgici, Eberhardus Dominus in Epstein, Ulricus à Cronenberg, Vice-Dominus Ringaviensis, Johannes Franck & Walther à Cronenberg, Johannes & Connemannus à Reifenberg, Solenni etiam Ritu *Societas Westriaca* Biponti 1389. coibat.

Litera Societatum integra ap. Bernh. Hertzog. lib. 2. Chron. p. 69. 70. 73. Add. Chron. Hedionis lib. 4. p. 595. Lehman. 7. C. S. 75. 76. 77. 78. p. 832. 833. seqq.

8. FRIDERICUS, *Brunsuicensis.*

1. Wenceslao surrogabatur, sed Francofurto patriam repetens juxta Fridslariam in viâ publica occiditur, instinctu, ut credebatur, Moguntini per insidias Henrici, Comitis Waldeccensis, manu Nobilis Friderici Hertingshusii & Cunomanni Falcoburgii.

Crantz. 11. Metrop. 2. p. 294. & 10. Sax. 19. p. 270. Chytraus Saxon p. 302. Meibomius Chr. Riddagsh. p. 72. 73. 74. Serarius Annal. Mogunt. l. 5. p. 868. Waldeckische Ehren-Rettung/ *p. 42. Cuspinianus in Rupert p. 487. 488. Hedio l. 4. Chron p. 602.*

9. RUPERTUS, *Palatinus.*

1400 1. Eligitur Bopardiæ Electorum consensu; coronatur Coloniæ, cum Aquisgranenses eum ob fidem Wenceslao datam nollent admittere.

Trithem. Chron. Hirsaug. Volum. 2. inedito apud Freherum Not. in Andlovv. p. 154. & in Chron. Sponhem p. 341.

2. Contra Galeacium, Mediolani Ducem, à Papa

Papa & Florentinis in Italiam vocatus infeliciter pugnat, reque infectâ redit.

Trithem. Chron. Sponh. p. 340. Nauclerus Gen. 47. f. 265 a. Cuspinian. pag. 489. Volaterranus. pag. 559.

3. Conjux *Elisabetha*, Friderici Burggravii Norinbergensis Filia, unde nascuntur *Ludovicus*, cognomento Cæcus, stirps Palatinorum Electorum Rheni usque ad Ottonem Henricum; *Johannes*, unde Christophorus, Rex Daniæ, Sueciæ & Norvvegiæ; *Stephanus*, stirps Simmerensium & Bipontinorum.

Nauclerus Gen. 47. f. 265. b. Bernh. Hertzog. 2. Chron p. 82. 83.

4. Bellum in Johannem, Archiepiscopum Moguntinum, parat, ut de eo pœnas infidelitatis sumeret.

Serar. Annal. Mog. p. 870.

5. Proscribit Bernhardum V. Comitem Lippiensem, Simonis III. Filium.

Piderit. Chron. Lipp. p. 542.

6. Urbem Imperialem Wetteraviæ *Fridbergam* in Imperii clientelá specialem suscipit.

Protectionis litera apud Mager de Advocat. c. 9. n. 709. p. 406.

7. Oppenhemii obit, & sepelitur Heidelbergæ in S. Spiritus templo, à se fundato & ubere proventu dotato.

10. IODOCVS.

1. Nascitur Patre Johanne Henrico, Caroli IV. Fratre, Marchio Moraviæ, cognomento *Barbatus*, ad res imperii gerendas tardus, solâ barbâ conspicuus. 1410

Naucler. Gen.47.f.264. Cuspin.p.486.

2. Constitutio ejus fertur, indulgens statibus Imperii resistere Imperatori, si contra Ordinationem Imperii fecerit, idque sine infidelitatis crimine.

Extat apud Goldastum Tom.3, Constit. Imper. p.424.

3. Quinque mensium Imperator Brünæ in Moraviâ moritur, & in Monasterio S. Thomæ sepelitur.

Cuspinianus p.487.

II. SIGISMUNDUS.

1411 1. Marchio Brandenburgensis primùm, deinde Ungariæ & Bohemiæ Rex ad coronam Imperii vocatur omnium suffragiis, Princeps strenuus, sapiens & doctus, in dictis argutus.

Æn. Sylvius Hist. Bohem. c.42.p.86.c.52.p.119 Nauclerus 2. Gen. 48. fol. 269. 275. Chron. Limpurg. p.78.

2. Conjugio infelix ob uxorem impudicissimam *Barbaram*, Hermanni Comitis Ciliæ Filiam, cui adulteria tandem ignoscit.

Mutius l. 27. pag. 282. 283. Bonfinius 3. Rer. Ung. 7. p.479. Cuspinianus p.49.78.498.

3. Pipo Florentino ob avaritiam perfido aurum liquefactum in os infundi jubet.

Sabellicus 5. de vetust. Aquilej. f.133. Bonfinius 3. Dec. 3. p.402.

4. Regnum Bohemiæ & Ungariæ contra uxoris machinationes Alberto Austriæ Duci, Genero, prudenter comparat.

Æn. Sylv. de Boh. c.53. p.128.

5. Ad sopienda Ecclesiæ schismata Concilium cogit

cogit Constantiæ, tres adulterinos Pontifices, *Johannem XXIII. Gregorium XII. & Benedictum XIII.* sede deponit, *Martinum V.* surrogat; ast magnâ famæ suæ labe frangit fidem, *Johanni Husso*, Bohemico Theologo datam, qui eis decretis comburitur, unà cum Hieronymo Pragensi.

Narratio particularis Tom.1. Operum Hussi f. 83. Edictum salvi Conductus apud Goldast. T.1 Const. p. 389. Sylvius Hist Bohem c.36. p.73. & in Commentariis de Concilio Basileensi. Felix Fabri l.15 p. 180. *Nauclerus* 2. *Gen.* 48. *f.* 269. 270. 271.

6. Instigante Papa Martino V. *Bellum Hussiticum* infeliciter contra monoculum Johannem Ziskam gerit, belliqùe pertæsus *quatuor Articulos* Hussitis concedit.

Æneas Sylv. H. B. c. 46. *pag.* 99. *c.* 48. *p.* 104. *Nauclerus* 2. *Gen.* 48 *f.* 273. 274.

7. In Concilio Constantiensi *Marchiam Brandenburgensem cum dignitate Electorali* confert Burggravio Noribergensi Friderico. Comitem quoque Cliviæ Adolfum Ducali honore evehit. Primum Sabaudiæ Ducem creat Amadæum. 1417

Nauclerus 2. *Gen.* 46 *f.* 255. *b* & *Gen.* 48. *fol.* 271 *b.* 278. 279. *Jo. à Leidis* 32. *Chron.* 22. *pag.* 344. *Mutius* 21 *Chron. p.* 198. *Cuspin. in Jodoc. p.* 486. *Chytræus l.*1. *Saxon. p.* 39.

8. Saxoniam cum dignitate Electoratus contulit Friderico Marchioni Misniæ pro navatâ strenuâ operâ in bellis Bohemicis. 1423

Edictum Ulmæ publicatum Anno 1434. *apud Goldastum Constit. Imp. T.* 3. *p.* 441.

 9. Rem

9. Rem infeliciter gerit contra Turcicum Imperatorem Bajazetem magnâ clade Christianorum.

Langius Chron. Citic. p. 845. *Mutius lib.* 21. *p* 263.264.*Bonfinius* 3.*R.V.*2.*p.*377.378.

1431 10. Concilium *Basileense* promulgat Præside primum Juliano, Cardinale titulo S. Sabinæ, quem Legatum Martinus V. miserat; deinde Ludovico, Cardinali Arelatensi; quod continuatum fuit per annos undecim mensesq; novem. Eâ Synodo dejicitur sede summâ *Eugenius IV.* & surrogatur *Amadeus, Dux Sabaudiæ*, qui dictus fuit Felix V. de quo dixerat Antoninus, Florentinus Archiepiscopus: *Basilea peperit Basilicum.* Synodi autoritatē majorem esse quam Pontificum, decretum ibi & constitutum.

Wurstisius Chron. Basil. l. 5. *àc.*1.*ad c.*37.*p.*249 *seqq.*

11. Obit Znoymæ in Moraviâ septuagenarius, & Waradinæ in Ungariâ traditur sepulturę.

Nauclerus 2. *Gen.*48. *f.* 271. *Trithem. Chron. Sponh. p.*358. *Bonfin.*3. *Decad. Ung.*3.*p.*406.

12. ALBERTUS II.

1438 1. Uno anno ter coronatur, in Regem Ungariæ, Bohemiæ & Imperatorem, raro felicitatis gradu.

*Nuc. l.*2 *Gen.*48 *f.*277.278. *Felix Fabri* 1.15. *p.*282. *Trithem. Chr. Sponh. p.*358.

2. Polonos sub Casimiro regnum Bohemicum ad se transferre conantes amovet.

*Æn. Sylv. Boh. c.*55. *pag.*131.132.133.134.135. *Nauclerus* 2. *Gen.*48. *f.*28.

3. Uxor ei *Elisabetha*, Sigismundi Imp. Filia, èquâ

è quâ suscepit *Annam*, Wilhelmo Saxoniæ Duci; *Elisabetham*, Casimiro Poloniæ Regi nuptam; & *Ladislaum* posthumum.

Mutius lib.28.p.285.286. Cuspinianus p.501. 502.

4. Adversus Turcas Hungariam infestantes exercitum ducit, sed Budâ retrocedit re infectâ.

Æn. Sylvius c.56 p.136. Nauclerus f.278.b.

5. Obiit ex peponum nimio usu dysentericus in Longa Villâ prope Albam Ungariæ, & Belegradi sepelitur.

Æn. Sylv. c.56. p.137. Felix Fabri l.15.p.182.

13. FRIDERICUS III.

1. Pius Imperator, pacis amans, gravis, frugalis, sagax, ex Austriacis Styrorum & Carinthiæ Dux, Francofurti eligitur; Aquisgrani, & post Romæ 1452. d. 9. Martii à Nicolao V. coronatur. 1440

Felix Fabri l.16.pag.184. Cuspinianus in Cæsar. p 504.406.

2. Bello à Fratre Alberto ob hæreditatem; ab Ulrico Ciliæ Comite ob tutelam Ladislai, in Aulâ sua educati, lacessitur.

Chron. Elvvangense p.464.465 Æneas Sylv. c.60.61.p.150.153. Felix Fabri l.17.pag.194. 195. Cuspinian. p.504.505.507.508.509.510.

3. Ex Leonorâ Eduardi, Lusitaniæ Regis Filiâ, suscipit Maximilianum I. & Kunigundin, Alberti Bavariæ Ducis conjugem.

Nauclerus 2. Gen.49.f 284 Cuspin.p.514.

4. Ordinem Equitum S. Georgii sub fœderis legibus certis instituit.

F.F.l.17.p.197.198. Crus.3.A.S.9.1.p.482.

5. Cum

5. Cum Carolo Burgundo pacem init, & pro Filio unicam illius filiam paciſcitur.

F.F.1.17.p.194.Crantz.12.Sax.12.p.318.& 13 Vandal.11.p.30.

6. Voti ſolvendi causâ *Romam* humili veſte & comitatu proficiſcitur, magnâque benevolentiâ à Paulo II. excipitur. Româ rediens Ravennæ Equeſtri Ordini adſcribit Johannem Franciſcum Bratium, Jurisconſultum, Johannem Abbioſium, Medicum, & alios.

Volaterranus lib.22. Anthol.p.518. & lib.23. p.560.Rubeus l.7.Hiſtor.Ravenn.p.398.

7. Burſium, Marchionem Eſtenſem, Ducem Mutinæ & Rhegii creat.

Volaterr.l.23.p.560.Pigna Hiſtor.Domûs Eſtenſ.l.7.p.297.337.Cuſpinianus p.506.

8. Baronem Bohemicum *Georgium Podibracium* declarat *Regem Bohemiæ*, Filiosque *Principes Monſterbergenſes* conſtituit.

Æn.Sylv.c.72.p 188. qui hîc hiſtoriam finit Bohemicam.Cuſpin.p.509.Bucholcer.Indic.p.427.Curæus 1.Chron.Sileſ p.194.195.196.198 199.203.Chytræus l.14.Sax.p.370.

9. Fridericum Palatinum, victorioſum, proſcribit.

Matth.Kemnatenſis Hiſtoria MS.ap.I.I.Winckelmannum.

10. Secretarium ſuum *Æneam Sylvium* laureâ poëtica donat, qui defuncto Papa Calixto III. ad Papatûs faſtigium evehitur, dictus Pius. Eandem laurum à manu Cæſaris accipit Cunradus Celtes. Adolphus Gegner verò Doctoris titulum.

Æn.

*Æn.Sylvius Epist.*102.*Rolevinc.Fascic.f.* 89. *Bucholc.Ind.p* 424.*Volaterranus l.*22.*p.*517. *Conr. Celtes præfat. Amorum ad Cæs. Maximilianum.*

11.Sub eo institutæ *Academia*, Trevirensis & Fridburgensis 1450. Gryphisvvaldensis 1457. Basileensis 1465. Ingolstadiensis 1472. Tübingensis 1477. Moguntinensis 1482. bonoq; regni futuri literarii præsagio orbisque literati æterno commodo prius anno 1441. *Typographia* inventa, primumque Moguntiæ exercita.

*Middendorpius de Academiis Nancler.*2, *Gen.* 49.*f.*282.*Palmerius Chron.f.*138.

12. Immenso Christianismi damno *Constantinopolis* cum Imperio Orientali in Turcarum potestatem redigitur, magno totius Orbis luctu.

Æneas Sylvius peculiari Epistolâ 131. *Nauclerus* 2. *Gen.*49.*f.*285.286.

13. Cancellarium habet *Casparem Slikium*, Equestris ordinis virum, pietate, prudentiâ, beneficentia, humanitate, aliisque virtutibus intimi Consiliarii munus explentem, qui trium Imperatorum Cancellarius, Austriacæ familiæ affabilitatem & comitatem expertus, optare solebat, omnes Reges atque Principes aliquando privatos pauperesque vixisse, ut quales se erga privatos & miseros subditos exhibere oporteat, considerare facilius possent.

*Chytræus Orat.de Cæs.Ferdin.p.*56.57.

14. Obiit in oppido Lintz ex carcinomate crure prius ei præciso ætat. 78.

Linturius, Continuator Rolevinci, *p.*93. *Cuspinianus p.*512.

14. *MA-*

& Belgicas ditiones omnes dotis nomine consequitur; quas Philippus ejus Filius in suos Filios & ulterius jure hæreditario transfert.

Felix Fabri 1. *Hist.Suev.*18.*p.*208. *Nauclerus* 2. *Gen.*50.*f.*295. *Cuspinian. p.* 612.

4. Nuptiis secundis, delusus à Sponsâ Anglâ Anna, Francisci ultimi Britanniæ Ducis Filiâ, jungit sibi *Blancam Mariam*, Galeacii Mediolanensium Principis Filiam, Insbruci, Orationem tum habente Jureconsulto clarissimo Jasone Maino, Equite Romano.

Rescriptum Frider. III. & Maxim. ad Regem Angliæ contra Gallum apud Goldast. Tom. 1. *Const.p.*412. *Oratio Jasonis unà cum aliis Opusculis edita est Basileæ* 1509. *Addatur Oratio in obitum Blancæ Udalr. Zasii Tom.*1. *Orat. fun. Schardii f* 63. *Linturius à p.*93. *usq; ad p.*106. *Naucl.*2. *Gen.*50. *fol.*298 299. *Lehmann. Ch. Sp.l.*7.*c.*12.1.*p.*105. *Henterus* 3. *Rer.Belg. pag.* 191.193.194.222.

5. Matthia Pannorum Rege defuncto ejus sibi vindicat ditionem, transigens cum Ungaris & Ladislao Rege *de Regno Hungariæ* retento jure Successionis, ut masculâ sobole Uladislai deficiente in suos posteros Regnum devolveretur.

*Linturius p.*93.112. *Langius Chron.p.*904. *Instrum. Concordiæ* 1491. *erectum extat totum ap. Jo. Sambucum Rer. Ung. p.* 743.

6. Belgarum rebellantium motus, quos fovebat Galliæ Regis præsidium, præsentiâ suâ sistere cum vellet, *à Brugensibus* per novem menses captus detinetur, virtuteque militari Alberti, Saxoniæ Ducis, liberatur.

Lang.

9. Rem infeliciter gerit contra Turcicum Imperatorem Bajazetem magnâ clade Christianorum.

Langius Chron. Citic. p.845. Mutius lib.21. p 263.264. Bonfinius 3. R.V.2.p.377.378.

1431 10. Concilium *Basileense* promulgat Præside primum Juliano, Cardinale titulo S. Sabinæ, quem Legatum Martinus V. miserat; deinde Ludovico, Cardinali Arelatensi; quod continuatum fuit per annos undecim mensesq; novem. Eâ Synodo dejicitur sede summâ *Eugenius IV.* & surrogatur *Amadeus, Dux Sabaudia*, qui dictus fuit Felix V. de quo dixerat Antoninus, Florentinus Archiepiscopus: *Basilea peperit Basilicum.* Synodi autoritatē majorem esse quam Pontificum, decretum ibi & constitutum.

Wurstisius Chron. Basil. l.5. ac.1. ad c.37. p.249 seqq.

11. Obit Znoymæ in Moraviâ septuagenarius, & Waradinæ in Ungariâ traditur sepulturę.

Nauclerus 2. Gen.48. f. 271. Trithem. Chron. Sponh. p.358. Bonfin.3. Decad. Ung.3.p.406.

12. ALBERTUS II.

1438 1. Uno anno ter coronatur, in Regem Ungariæ, Bohemiæ & Imperatorem, raro felicitatis gradu.

Nuc. l2 Gen.48 f.277.278. Felix Fabri 1.15. p.282. Trithem. Chr. Sponh. p.358.

2. Polonos sub Casimiro regnum Bohemicum ad se transferre conantes amovet.

Æn. Sylv. Boh. c.55. pag.131.132.133.134.135. Nauclerus 2. Gen.48. f.28.

3. Uxor ei *Elisabetha*, Sigismundi Imp. Filia, è quâ

èquâ suscepit *Annam*, Wilhelmo Saxoniæ Duci; *Elisabetham*, Casimiro Poloniæ Regi nuptam; & *Ladislaum* posthumum.

*Mutius lib.*28.*p.*285.286. *Cuspinianus p.*501. 502.

4. Adversus Turcas Hungariam infestantes exercitum ducit, sed Budâ retrocedit re infecta.

*Æn. Sylvius c.*56 *p.*136. *Nauclerus f.*278.*b.*

5. Obiit ex peponum nimio usu dysentericus in Longa Villâ prope Albam Ungariæ, & Belegradi sepelitur.

*Æn. Sylv. c.*56.*p.*137. *Felix Fabri* 1.15.*p.*182.

13. FRIDERICVS III.

1. Pius Imperator, pacis amans, gravis, frugalis, sagax, ex Austriacis Styrorum & Carinthiæ Dux, Francofurti eligitur; Aquisgrani, & post Romæ 1452. d. 9. Martii à Nicolao V. coronatur. 1440

Felix Fabri 1.16.*pag.*184. *Cuspinianus in Cæsar. p.* 504.406.

2. Bello à Fratre Alberto ob hæreditatem; ab Ulrico Ciliæ Comite ob tutelam Ladislai, in Aulâ sua educati, lacessitur.

*Chron. Elwangense p.*464.465 *Æneas Sylv. c.*60.61.*p.*150.153. *Felix Fabri* 1.17.*pag.* 194. 195. *Cuspinian. p.*504.505.507.508.509.510.

3. Ex Leonorâ Eduardi, Lusitaniæ Regis Filiâ, suscipit Maximilianum I. & Kunigundin, Alberti Bavariæ Ducis conjugem.

Nauclerus 2. *Gen.*49.*f* 284 *Cuspin. p.*514.

4. Ordinem Equitum S. Georgii sub fœderis legibus certis instituit.

*F.F.*1.17.*p.*197.198. *Crus.*3.*A.S.*9.1.*p.*482.

5. Cum

5. Cum Carolo Burgundo pacem init, & pro Filio unicam illius filiam paciscitur.

F.F.1.17.p.194.Crantz.12.Sax.12.p.318. & 13 Vandal.11.p.30.

6. Voti solvendi causâ *Romam* humili veste & comitatu proficiscitur, magnâque benevolentiâ à Paulo II. excipitur. Româ rediens Ravennæ Equestri Ordini adscribit Johannem Franciscum Bratium, Jurisconsultum, Johannem Abbiosium, Medicum, & alios.

Volaterranus lib.22. Anthol.p.518. & lib.23. p.560.Rubeus l.7.Histor.Ravenn.p.398.

7. Bursium, Marchionem Estensem, Ducem Mutinæ & Rhegii creat.

Volaterr.l.23.p.560.Pigna Histor.Domûs Estens.l.7.p.297.337.Cuspinianus p.506.

8. Baronem Bohemicum *Georgium Podibracium* declarat *Regem Bohemiæ*, Filiosque *Principes Monsterbergenses* constituit.

Æn.Sylv.c.72.p 188. qui hic historiam finit Bohemicam.Cuspin.p.509.Bucholcer.Indic.p. 427.Curaus 1.Chron.Siles p.194.195.196.198 199.203.Chytraus l.14.Sax.p.370.

9. Fridericum Palatinum, victoriosum, proscribit.

Matth.Kemnatensis Historia MS.ap.I.I.Winckelmannum.

10. Secretarium suum *Æneam Sylvium* laureâ poëtica donat, qui defuncto Papa Calixto III. ad Papatûs fastigium evehitur, dictus Pius. Eandem laurum à manu Cæsaris accipit Cunradus Celtes. Adolphus Gegner verò Doctoris titulum.

Æn.

Æn.Sylvius Epist.102.Rolevinc.Fascic.f. 89. Buchols.Ind.p 424.Volaterranus l.22.p.517. Conr. Celtes præfat. Amorum ad Cæs. Maximilianum.

11.Sub eo institutæ *Academiæ*, Trevirensis & Fridburgensis 1450. Gryphisvvaldensis 1457. Basileensis 1465. Ingolstadiensis 1472. Tübingensis 1477. Moguntinensis 1482. bonoq; regni futuri literarii præsagio orbisque literati æterno commodo prius anno 1441. *Typographia* inventa, primumque Moguntiæ exercita.

Middendorpius de Academiis Nauclor.2, Gen. 49.f.282.Palmerius Chron.f.138.

12. Immenso Christianismi damno *Constantinopolis* cum Imperio Orientali in Turcarum potestatem redigitur, magno totius Orbis luctu.

Æneas Sylvius peculiari Epistolâ 131. Nauclerus 2. Gen.49.f.285.286.

13. Cancellarium habet *Casparem Slikium*, Equestris ordinis virum, pietate, prudentiâ, beneficentia, humanitate, aliisque virtutibus intimi Consiliarii munus explentem, qui trium Imperatorum Cancellarius, Austriacæ familiæ affabilitatem & comitatem expertus, optare solebat, omnes Reges atque Principes aliquando privatos pauperesque vixisse, ut quales se erga privatos & miseros subditos exhibere oporteat, considerare facilius possent.

Chytræus Orat.de Cæs.Ferdin.p.56.57.

14. Obiit in oppido Lintz ex carcinomate crure prius ei præciso ætat. 78.

Linturius, Continuator Rolevinci, p.93. Cuspinianus p.512.

14. MAXIMILIANVS I.

1. Nascitur Neapoli Austriæ 1459. in die Cœnæ Domini, baptizatur die sancto Paschatos; eligitur Francofurti anno 1486. d. 16. Feb. coronatur Aquisgrani 10. Aprilis. Coronam à sedis Romanæ præsule ob machinationes Venetas accipere nequit.

Eccius Tom. 3. Homil. p 1018. *Ederus Catalog. Acad. Vienn. p.* 40 *Hermolai Barbari Oratio gratulatoria apud Beroaldum p* 54. *Linturius, Continuator Rolevinci. p.* 91. 108. 113. *Just. Göbleri Chron. f.* 4. 13.

2. Maximus & pacis studiis, & maximus armis, summus studiorum Patronus, Musicæ, Historiarum & Astrologiæ Amator; amans Venationum, otii & vanitatum osor. Historiæ Germanicæ studiosissimus. Ipse etiam res suas gestas descripsit, aliosque hortatus fuit, ut ex veterum Germanorum rebus gestis integrum corpus historiæ conscriberent.

Melancht. Dedic. ad Urspergensem, & ad eundem Paralipom. p. 459. *Beyerlink* 3. *Theatri p.* 669. *& lib.* 19. *p.* 19. *Paulus ab Oberstein. Epist. ad Car. Ruinum Tom.* 1. *Orat. funeb. Schardii p.* 39. *Cuspinianus in Vitâ p.* 603. *Iac. Spiegelius in Gunther. l.* 10. *p.* 433. *Author.* deß Theurdancks / *cujus rarissimi libri scriptor Melchior Pfinzingus. Patritius Norinb. S. Sebaldi Præpositus Norinb. & Caroli V. Capellanus. Frater Felix Fabri,* 1. 18. *p.* 199. 200. 201. 207. 208.

3. Caroli ultimi, Burgundiæ Ducis, filiam unicam *Mariam* ducit; unâ Burgundiæ Comitatû & Belgi-

& Belgicas ditiones omnes dotis nomine consequitur; quas Philippus ejus Filius in suos Filios & ulterius jure hæreditario transfert.

Felix Fabri 1. *Hist.Suev.*18.*p.*208. *Nauclerus* 2. *Gen.*50.*f.*295. *Cuspinian. p.* 612.

4. Nuptiis secundis, delusus à Sponsâ Anglâ Anna, Francisci ultimi Britanniæ Ducis Filiâ, jungit sibi *Blancam Mariam*, Galeacii Mediolanensium Principis Filiam, Insbruci, Orationem tum habente Jureconsulto clarissimo Jasono Maino, Equite Romano.

Rescriptum Frider. III. & Maxim. ad Regem Angliæ contra Gallum apud Goldast. Tom. 1. *Const.p.*412. *Oratio Jasonis unà cum aliis Opusculis edita est Basileæ* 1509. *Addatur Oratio in obitum Blancæ Udalr. Zasii Tom.*1. *Orat. fun. Schardii f* 63. *Linturius à p.*93. *usq; ad p.*106. *Naucl.*2. *Gen.*50. *fol.*298 299. *Lehmann. Ch. Sp.l.*7.*c.*12.1.*p.*105. *Heuterus* 3. *Rer.Belg. pag.* 191.193.194.222.

5. Matthia Pannorum Rege defuncto ejus sibi vindicat ditionem, transigens cum Ungaris & Ladislao Rege *de Regno Hungariæ* retento jure *Successionis*, ut masculâ sobole Uladislai deficiente in suos posteros Regnum devolveretur.

*Linturius p.*93.112. *Langius Chron.p.*904. *Instrum. Concordiæ* 1491. *erectum extat totum ap. Jo. Sambucum Rer. Ung.p.* 743.

6. Belgarum rebellantium motus, quos fovebat Galliæ Regis præsidium, præsentiâ suâ sistere cum vellet, *à Brugensibus* per novem menses captus detinetur, virtuteque militari Alberti, Saxoniæ Ducis, liberatur, *Lang.*

*Lang.Chr.Citic.p.*882. *Crantz.*13.*Sax.*9.*pag.* 339.340. & 12.*Sax.*21.*p.*324.*Fel.Faber.*1.*Hist. Suev.*17.*p.*198. & *c.*18.*p.*211. *Linturius p.* 92. *Heuterus* 3.*Rer.Belgic.p.*139.*seqq.*

7. Deliberat *de bello Turcis inferendo*, ne latius grassaretur tyrannis Ottomanica, duobus Comitiis, primùm Wormatiæ anno 1494. & deinde Augustæ anno 1518.; sed irrito conatu. In illis Comitiis Wormatientibus Eberhardum Würtenbergiæ Comitem, *Ducem* creat.

*Lang.Chron.Cit p.*770.887 *Linturius p.*106 107.*Philip. Callimachus Hist.de Venetis contra Turc.lit.T.*& *V.Naucl.*2.*Gen.*50.*fol.*301. *Cruf.*9.*Suev.Annal.*3.6.*p* 500.*Palmerii Continuator p.*153.*Bernh.Hertzog.* 2. *Chr. Alsat. p.*157.158. *Goldast.T.*1. *Const.Imp.p.*436. *ubi extat propositio Augustæ facta.*

8. Deliberantibus in Wormatiensibus Comitiis Principibus *de rei literariæ restauratione* visum fuit Imperatori commodum, si è Septemviris quisque *Academiam* in suâ ditione institueret, doctisque Viris instrueret. Illis auspiciis erectæ Academiæ *Wittebergensis in Saxoniâ* à Friderico Electore: *Francofurtensis ad Viadrum* à Joachimo Brandenburgico.

*Langius Chron.p.*888.

9. Suscipit *contra Helvetios* bellum, quod ob tergiversantem fortunam transactione fortunatiori finitur.

Lincurius pag. 109. *Birckeimer pecul. descriptione inter illius Op. p* 63. *p.*93. *Huldr.Mutius* 30.*Chron. p.*307.308.309. *Palmerii Contin. f.*154. *Wurstisii Chr.Basil.l.*6.*c.*17.18.19. 20.21.22.23.*p.*476.*seqq.*

10. Phi-

10. Philippum Palatinum, bellum in Bavaros moventem ob hæreditatem è Georgii divitis Bavari testamento unà cum filio Ruperto proscribit, Palatinatuque subactô urbes aliquot in alienam ditionem veniunt.

Langius Chron p.889.890. Naucl. Contin. fol. 306. Linturius p.111.112. Crantz. ult. Sax. ult. qui hic suam historiam finit. Ricardus Bartolinus libris 12. de Bello Norico, quos sub titulo Austriades *intulit Reuberus Tomo Historicorum abs se collecto à p.469. usque ad finem. C. Hedio l.4.f 654.655.656. Crus.3. Ann.9.c.13. p.523.524. Chytraus Saxon lib.5.p.138.139.*

11. Fœdus variis mutationum casibus obnoxium init Cameraci *contra Venetos* cum Julio Pontifice, Ludovico Gallo, Ferdinando Hispano, Alphonso Ferrariensi, Insignes Venetarum urbes, Patavium, Verona, Vicentia, Foriquе Julii magna pars in potestatem rediguntur.

Linturius p.113. Langii Chron. p.889.893.896. Naucleri Continuat f.310.311.315. Grasvvinckelius de Lib. Venetâ c.63. seqq. p.311. &c. Chytraus 6. Saxon p.166. & lib.7.p.192.

12. Supremum *Cameræ Imperialis* judicium, quod jam *Spiræ* habetur, instituit, in quô justitiæ sacrario vice Imperatoris & Statuum de causis litigantium cognosceretur. Assessus hujus Amphyctionici initium factum *Francofurti* præsente Imperatore perorante Vito, Barone à Wolckenstein.

Recess. Imper. Maxim. Ordinat. Cam. Spir p. 21. Ordinatio Caroli ap. Goldast. Tom.2. Const. Imp. p.242.

13. In Comitiis Trevirensibus Imperium Romanum in VI. *Circulos*, sic vocatos, distribuit, nimirum *Bavaricum*, *Suevicum*, *Francicum*, *Rhenanum*, *Westphalicum*, *Saxonicum*. Postmodum sub Carolo V. Norinbergæ diviso *Saxonico & Rhenano* superadditi *Burgundicus & Austriacus.*

Tob. Paurmeister 2. de jurisd. Imp. Rom. 2. p. 511. seqq.

14. De *negotio Martini Lutheri, in causâ Religionis*, universis Electoribus præsentibus, cognoscit Augustæ in Comitiis, qui indulgentiarum Præconem Johannem Tezelium, erroresque Papatus inceperat magno ausu impugnare.

Maximiliani Rescriptum ad Leon. X. de Controv. Luth. apud Goldast. T. 2. Const. Imp. pag. 140. *Palmerii Continuator f.* 160. *Sleidan. l.* 1. *p.* 4. 5.

15. Quinquennium ante mortem pheretrum secum circumducit, ut mortis memoria præ oculis esset, moriturq; Wellæ, postquam vixisset annos LIX. menses IX. dies XIX. horas XXI.

Eccius Homil. in Exequiis, quæ Tom. 3. *Hom. p.* 1023 *Cuspinian. p.* 610.

CLASSIS III.

A Carolo V. usque ad Periodum mundi fatalem.

1. Periodus fatalis mundi, generis humani & omnium orbis politiarum nulli nisi DEO, omnium regnorum conditori & destructori, est cognita; judicium tamen aliquod de finali Monarchiæ hujus translatione ferri potest, & ex signis στοχαστικοῖς responsum dari.

2. Ulti-

2. Ultimâ hâc Monarchia, quæ jam in digitis pedum, Christus, REX Regum & DOMINUS Dominantium, veniet *ad comminuendum*, juxta Prophetiam Danielis, qui in libro suo prophetico, tanquam in tabellâ & picturâ, initium & exitum IV. Monarchiarum mirabili serie complectitur. Deus Opt. Max. qui numerat & dividit regna, Monarchiâ hâc abolitâ Regnum regnorum instituet, quod in æternum non dissipabitur, & alteri populo non tradetur.

I. CAROLUS V.

1. Maximiliani Imp. ex Filio Philippo nepos, Archi-Dux Austriæ, Rex Hispaniæ ex Hispaniâ in Germaniam veniens, Aquisgrani coronatur favore Electoris Saxon. Friderici Palatini, Francisco Galliæ Regi prælatus. 1519

Sabinus libro peculiari.

2. Coronam auream de manu Pontificis Clementis VII. unâ cum Sceptro aureo, nudato ense aureoque pomo Bononiæ accipit.

Agrippa peculiari descript. extante inter ejus Opera T. 2. p. 1150. Surius in com. R. G. p. 183.

3. Ætatis anno 25. ducit *Isabellam*, Emanuelis Portugalliæ Filiam, quæ in partu moritur, postquam peperisset *Philippum II.* regnorum hæredem, *Ferdinandum & Mariam*. Ex *Concubinâ primâ*, tulit *Margaretham*, quæ Alexandro Medici primum, deinde Octavio Farnesio nupsit. Ex alterâ *Johannem Austriacum*, bellicosis factis clarum.

Palmerii Continuat. f. 162.

4. Prima imperii sui Comitia habuit Wormatiæ, in quibus *contra Lutherum*, Reformationem

tionem errorum & superstitionum in Ecclesiâ instituentem, proscriptionem publicat.

Caroli V. Mißiva, Rescriptum, Edictum &c. apud Goldastum T. 2. Const. Imp. p. 142. 148. 150. 152. Sleidanus lib 3. p. 33. 34 35.

5. Primũ gratitudinis suę specimen insigne dedit in *Adriano* Trajectensi, Præceptore suo, quẽ per honorum gradus ad gradũ omnium supremum, *Pontificatum nempe maximum*, promovit.

Sleidanus lib. 3 p. 46. Fr. Robortellus Orat funeb. in Carolum p. 168. 169.

6. Bello Mediolanensi *Franciscum Galliæ Regem* prælio *ad Papiam* memorabili vincit, in Hispaniam abducit, & victoriâ utitur moderatè. Ceciderant eo prælio Magister Equitum Franciæ, Dux Lotharingiæ, Comes de Nassau, Comes ab Ortenberg.

Guicciardinus l. 15. p. 507. seqq. l. 16. pag. 518. seqq. Bellaius 3. Rer. Gall. p. 84. 91.

7. *Urbem Romam* Borbonius Dux Carolus capit, deditionem faciente Clemente Papa. Urbe expugnatâ ipsi Pontificis Palatio præsidium imponitur, memoraturque in præsidiarios Præfectus *Meinhardus Ehinger*, Patritius Ulmensis; item *Conradus à Bemmelburg* vel *Boineburg*, Nobilis Hassiacus, quem vulgò milites *parvum Hessum* (den kleinen Hessen) vocabant.

Ἅλωσις Romæ & Oratio Joh. Staphyei de causis devastatæ urbis junctim ed. Franc. 1625. Jovius lib. 29. Histor. p. 66. Bzovius T. 19. n. 12. Chytræus Saxon. l. 19 p 506. Melanchth. in Paralip. Ursp p. 487. Palmerii Contin. f. 163.

8. Mediolanum pulsis Gallorum præsidiis capit,

capit, *Franciscum Sfortiam* Insubrum Principem, restituit in avitum imperium; Florentino regno *Cosmum Medicem* reddit.

Sleidanus lib.6.fin.p.104.& lib.10.p.168.Jovius 20 histor.p.14.

9. Constituto in Hispaniâ Rege Philippo redux *Geldriã* occupat, urbe Cliviæ *Durâ* expugnata multis civium & militum cæsis & captis. Geldriâ ereptâ Duci Guilielmo conceditur Ducatus reliquus Juliacensis, Clevensis & Bergensis.

Sleidanus.l.14.f.230.l.15.f.256.Chytr.Saxon. 405.406.

10. Gandavenses rebelles ad obedientiã reducit, Corporũ & Collegiorũ omniũ jura adimit.

Sleidanus lib.13.p.213.Chytræi Saxon.

11. Furorem Rusticorum, ad arma undique contra Magistratum concurrentium, sub Antesignano Thoma Monetario, per Principes Imperii nonnullos compescit. Scintillæ tumultuum jam sub Maximiliano I. cœperant.

Mutius lib.31.p.317. Sleidanus lib.5.p.69.70.71.72.73.Linturius p.114.Spangenb. Chron. Saxon.c.362.p.605.seqq.

12. Bello Neapolitano, à Gallorum copiis Neapolin mirè liberat, totumq; regnum Neapolitanum recuperat.

Sleid.14.f.230.Chytr.Sax.l.19.p.506.Jovius l.25.p.52.l.26.p.125.126.138.Bellajus lib.3.p.102.

13. In Africam cum classe trajiciens *Tunetum* expugnat, regnũ Tunicũ totũ Solymanno extorquet, Regemq; *Muleassem* pulsum restituit.

Florebellus Panegyrico peculiari Leidæ 1619. edito.Jovius lib.33.p.543.seqq. Sigonius libr.2.

de rebus gestis Ducis Auriæ fol. 57. 58. 59. 60. 71. 98. 99.

14. Turcarum exercitum sub Soleimanno *Viennam* dirè obsidentem repellit; redeunte in Thraciam hoste potentissimo.

Jovius lib. 28. *p.* 286 *seqq. Descriptio peculiaris* 1530. *Augustæ latinè edita. Leunclav in Pand. Hist. Turc. c.* 224.

15. Comitia Augustæ celebrat, eique exhibetur *Confessio Protestantium*, uti vocabatur, cui subscripserant Johannes, Elector Saxoniæ; Georgius, Marchio Brandeburgensis; Joh. Fridericus, Dux Saxoniæ; Ernestus, Dux Brunsvicensis; Philippus, Hassiæ Landgravius; Franciscus, Dux Luneburgensis; Wolffgang Princeps Anhaltinus, Norinberga & Reutlinga. Quatuor civitates *Argentoratum*, *Constantia*, *Memminga*, *Lindavium*, suam confessionem ab alterâ diversam exhibent.

Historia A. C. Chytræi & Cælestini. Chytræus Saxon. lib. 13. *p.* 318. *ad p.* 324.

16. Pactis cum Turca induciis & pace cum Gallo confectâ, instigante Paulo Papa, bellum gerit *contra Protestantes Smalkaldici fœderis socios*, quos suâ culpâ dispersos facilè profligat: Electorem *Joh. Fridericum* captum manu Nobilis Germani Tilonis à Trotten exuit Electoratu: *Landgravium Hassiæ Philippum*, fidei Cæsaris Halæ Saxonum se committentem, contra datam fidem in Belgium abducit. *Wittebergа* jussu captivi Electoris Cæsari traditur, qui urbe & Academiâ perlustratâ exercitu discedit. *Gissense* tunc *propugnaculum* destruitur, & liberato quin-

quinquennali captivitate Principe restauratur, in cujus rei memoriam leguntur adhuc hi versus in portæ Seltzeriæ ingressu:

Captus erat Princeps *non marte sed arte* Philippus,
Cùm benè munitum destrueretur opus.

Sleidanus lib.17 p.314 seqq lib. 18.p.321.seqq. Hortlederus Volum.T.1.p.1642.1645.1674. Avila in libris duobus de Bello Germanico, Chytræus Saxon. lib.16 pag.413.414.415.416. & App.p.957.seqq.

17. Mauritio, Saxoniæ Duci, dignitatem Electoris Saxonici, Johanni Friderico ereptam, in castris ad Wittebergam publico & solenni ritu confert, qui victoriarum Cæsaris antea socius, pòst victor, capto Ehrenbergo ad insperatas pacis conditiones adigit Cæsarem.

18. Concilium Tridentinum religionis gratiâ indicendum curat, quæ Synodus primâ sessione 7. Januarii 1546. inchoatur, & aliquoties interrupta finitur tandem 1563. die 4. Decemb.

Historia C.T. sub nomine Petri Suavis Polani edita. Recusatio C. Trid.

19. Comitia Augustæ celebrat, Concilio Tridentino obedientiam fieri postulat, *Formulaque Religionis* sive *Decretum interreligionis*, usque ad Concilii finem servanda, *Interim* dicta, promulgatur. Natum hinc inter Theologos *Bellum adiaphoristicum*, turbatâ passim Ecclesiâ, connivente Philippo, Flacio pugnante.

Interim, sive Declaratio Religionis apud Goldastum T.1. Const. Imp. p. 518. ad 536. Chytræus l.16. Sax. p.432.

20. Philippo Hassiæ Landgravio concedit anno 1541. privilegia ad *Academiam Marpurgensem*, quæ fuerat erecta anno 1526. Eam sociis consiliis gubernabant Landgravius Wilhelmus & Landgr. Ludovicus Fratres, iisque defunctis controversiâ inter Landgr. Mauritiũ, & Landgr. Ludovicũ exortâ, Gissensis interea erigitur Academia: Litè tandem per Cæsaream sententiam decisâ, transfertur Marpurgum an. 1626. Recrudescente nuper inter Domum Cassellanam & Darmstadinam dissidio rursus restauratur an. 1650. Giessena.

Philippus Hassiæ Landgr. Apol. contra Ducem Henricum à Brunsvig. fol. 10.

21. Borussia & Livonia Imperio subtrahuntur. Urbs *Metensis* Gallorum Regi Henrico cedit, in cujus obsidione prosperi bellorum successus Caroli *metam suam* invenerunt, unde disseminati versiculi:

Die Metz und die Magd / (Magdeburgum)
Haben dem Käyser den Tantz versagt.

Hortleder l.5 c.16. p.1328. Chytræus Sax. l.17. p.461. & l.20. p.519 seqq. Sleid. l.24 p.465.

22. Satur fortunæ & victoriarum, fractusq; laborum magnitudine lachrymans regnum in manus Electorum resignat, Imperium Romanum Fratri Ferdinando, Regna hæreditaria Philippo relinquens. Valedicit Germaniæ, cùm imperasset annis 36. & confert se in Hispaniam Beticam.

Constitutio de Abdic. Imp. apud Goldast. Tom. 1, Const. Imp. p. 576.

23. Quietioris vitæ amore in Hispaniâ *Monasterio*

nasterio S. Justi, Monachorum Hieronymianorum Toletanæ diœcesis, se includens mavult esse Monachus quàm Monarcha. Eo in secessu non Imperatorem sed Carolum dici volebat. Sæpè pro concordiâ Ecclesiæ rogabat Deum. Morientis verba ultima ad Deum: *In me mane, ut ego in TE maneam.* Vixit annos LVIII.

Strada de Vit. Imp. p. 490.

2. *FERDINANDUS I.*

1. Nascitur in regno Castiliæ Medinæ 10. 1558
Martii, anno Christi 1503. patre Philippo, Rege Hispaniarum, matre verò Johannâ, Ferdinandi & Isabellæ, Arragoniæ & Castiliȩ Regum, Filiâ. Adolescens ex Hispaniis una cum Fratre *Gandavum* venit, ubi regiè in spem futuri regni educatur.

2. Ladislao Bohemorum Rege, veneni potu extincto, totius Regni consensu *Rex Bohemiæ* Pragæ designatur: nec multò post Ludovico, Hungarorum Rege, ex insidiis interfecto, ac Johanne febribus absumpto, *Hungariæ regnum* jure acquirit, Coloniæ *Rex Romanorum* præsente Carolo Fratre renunciatur, & Aquisgrani coronatur. Carolo Fratre imperium resignante *Imperator* salutatur.

Rescriptum Ferdinandi de suâ Elect. ap. Goldast. C. Imp. T. 2. p. 372. P. Jovius l. 29. & 30. Hist p. 407. 408. 409.

3. Conjux ejus *Anna*, Ladislai, Ungariæ Regis unica Filia, Pannonici regni hæres, qui ei peperit *quatuor filios*, inter quos natu major *Maximilianus*, & *undecim Filias*, Filia *Elisabetha*, & defunctâ hâc *Catharina*, Sigismundo, Poloniæ Regi, uxores datæ. Z 5 *I. Ar-*

J. Artopaus funeb. Orat. Ferdin. fol. 339. Joh. Langus praef. ad Nicephorum.

4. Post miserandam Ludovici Jagellonii, Pañonum Boëmorumque Regis, Sororii sui, à Turcis primâ statim Mahometicæ expeditionis coitione profligati cædem uxorio jure nixus Hungariæ, Bohemiæ, Croatiæ, Dalmatiæ regna cum Silesiæ Ducatu, Moraviæque & Lusatiæ Marchionatibus sibi vendicat.

Palmerii Contin. f. 163.

5. Hungarici regni Hæres ad defendendum regnum Ungaricum ejicit Johannem Waivvodam, totam Turcici belli mollem, populis & Principibus vicinis cessantibus, solus sustinet, immanemque hostem Christiani nominis quater glorioso marte repellit, usus potissimum virtute Mauritii Saxonis & Nicolai de Salm.

Franc. Forgaz. Episcopus Varadiensis, Orat. funeb. f. 356 Jovius lib. 30 p. 409. seqq.

6. Pace factâ *Würtenbergiaco Ducatui* cedit, restituto per Philippum, Hasiæ Landgravium, Duce Hulderico.

Philippus, Landgr. Hass. Apolog. contr. Henric. Brunsv. fol. 56. 58. 77. seqq. Goldastus T. 1. Canst. Imp. p. 517. Sleidan. l. 9. p. 142. 143. 144. Crusius 3. Ann Suev. 10. 9. p. 565. & 11. Ann. 9. p. 624. 625. c. 10. p. 627. Caraffa Germ. Restaur. pag. 13. Chron. Hedionis p. 717.

7. Rebus ferè comploratis & desperatis Dei opitulantis præsidio, expirante σύζζαξει Interimisticâ, *Transactio Passaviensis* anno 1552. obtenta, in Comitiis Augustanis 1555. confirmata: & in iisdem ann. 1559 *Pax Ecclesiis Augustana*

Con-

Confessionis perpetuò concessa, momentorum vicissitudine repentinâ atque inopinatâ.

Transactio de pace publicâ apud Goldast. T.1, Constit. Imp. p. 566 ad p. 574. Godefr. Suevus Disp. p. 12. Witteberga 1657. edita.

8. Academiam Jenensem, quæ anno 1548. à Joanne Friderico I. Electore Saxoniæ condita fuerat, confirmat, imperante privilegia Joanne Friderico II. per Legatum suum Joannem Schröterum, Medicum, postea primum Academiæ Rectorem ab Introductione, quæ contigit anno 1558. 2. Feb. præsentibus Saxoniæ Ducibus, Joanne Friderico II. Joanne Guilielmo & Johanne Friderico, Fratribus Germanis.

Jo Stigelius Descriptione peculiari Jenæ editâ.

9. Sigismundum, DN. ab Herberstein, canâ scientiâ, arcana sapientiâ, & eruditâ eloquentiâ præstantem virum; ob difficiles legationes ad Moscovvitos, Polonos, Danos, Suecos, Hungaros, Turcas & Hispanos commendatissimum, *Baronis* titulo honorat.

Sigismundus in scriptis propriis, Lazius 6. de Migrat. Gent. p 208.

10. Catarrhis perpetuis vexatus decedit placidissimâ morte anno æt. LXI. incredibile sui desiderium relinquens.

Basilius Johannes Heroldus Orat. Panegyr. fol. 391. 392. 393. 394. *Bucholceri Index Chronologicus p.* 620.

3. MAXIMILIANVS II.

1. Ferdinandi Filius Pragæ inauguratur *Rex Bohemiæ* 1562. 20. Sept. & *Romanorum*, vivente Patre, Francofurti eodem anno d. 30. Sept. declaratur 1564

claratur *Hungariæ* inde *Rex* die 8. Sept. 1563. & *Polonorum*, sed discrepantibus suffragiis, 1575. 12. Decembris.

Thuanus lib. 23. *p.* 171. *seqq. Julius Bulengerus* 3. *Hist. p.* 83. *Crusius* 3. *Ann.* 12. *cap.* 8. *p* 712. 713. *Palmerii Continuat. p.* 170. *Hertzog. Chron. Alsat.* 79. *p.* 183.

2. Conjugio fæcundo Pater XVI. liberorum ex Patruele *Maria*, Patrui Caroli V. Filiâ, quæ fuit Imperatorum Mater, Filia, Nupta, Nurus, Duas Filias duobus potentissimis Christiani orbis Regibus *Annam* Philippo Hispano; & *Elisabetham*, Carolo Gallo elocat unô eôdemque mense.

Christianus Matthiæ Theatr. Histor. pag. 781. 782. 783.

3. Imperator nulli vel Martis vel Musarum in arte secundus, humanissimus erga omnes, amans religionis sincerioris, Princeps placidi planè ingenii, vereque *Maximus* Ἀιμύλιος sive Tranquillus.

Thuanus lib. 62. *p.* 180. *Jo. Crato Orat. funeb. p.* 35. 42.

4. In Hungariâ *contra Turcas* præliatur sub Duce Lazaro *S*vvendio, oppidis atque castellis aliis amissis, uti Juliâ & *Zigetho*, aliis receptis, ut *Neustadio*, *Vespertino*, aliis, De induciis cùm successore Solymanni agebatur.

Crusius 12. *Suev. An.* 3. 12. *p.* 727. *Thuan. lib.* 39. *p.* 449. 452. 463. *Bucholceri Index p.* 623. 827. 629.

5. In Consiliis intimioribus habet *Georgium Sigismundum Seldium*, duorum quoque Imperatorum

ratorum Caroli & Ferdinandi Procancellarium fidelem, Sapientiâ & autoritate eximium Consiliarium, quem lapsus è curru sustulit in vegetâ senectâ. *Bucholceri Index p.624.*

6. Grumbachianam factionem supprimit, munitissimâ arce *Grimmenstein*, ubi latitârat Grumbachius receptum habens apud Joh. Fridericum, Saxoniæ Ducem, solo æquatâ, è cujus ruderibus & cineribus nuper arcem splendidam *Fridenstein*, Joh. Ernestus Dux Saxoniæ, erexit. Captus Joh. Fridericus, Saxoniæ Dux, Neostadium Austriæ in custodiam deportatur. Wilhelmus Grumbachius in sellâ deficientibus præ senio viribus in 4. partes dissecatur.

Leitinger l.6. March Brand. 3. p.7.8. Descriptio peculiaris sine Autore edita an. 1578.

7. Palpitatione cordis frequenter laborat, cui accessit hydrops pulmonum, unde & obiit totâ mente complexus Christũ, exactis XLIX. annis, inter præclaros conatus Comitiorum Ratisbonensium.

Orat. funebris Medici Cratonis à Crafftheim. Bucholcerus p.654.655.

4. RUDOLPHUS II.

1. Coronatur Rex Ungariæ 25. Sept. 1572. Bohemiæ, 22. Sept. Germaniæ, 1. Nov. 1575. qui vestigiis Patris Maximiliani insistens rarâ prudentiæ & æquitatis laude pacificè imperium administrat. 1576

Gothofr. in Hist. antiq. p.749. D. Helvicus Orat. Panegyr. Giessæ habitâ.

2. Privilegia cum libero religionis exercitio *Moravis, Bohemis & Silesiis* confirmat, unde publica-

publicæ gratiarum actiones ad DEUM institutæ, & preces pro Imperatoris longâ vitâ. Tumultum Hungaricum sedat, liberumque itidem religionis exercitium concedit. Hungariam & Austriam Matthiæ Fratri cedit.

Edictum de Pace Relig. ap. Gold. T. 1. C. I. p. 583. Bucholceri Continuator p. 781. 788.

3. Varias expeditiones *contra Turcam* in Hungariâ diverso successu habet. Tandem Induciæ cum Amurathe in annos XXX. factæ, quæ hucusque continuatæ minantur finem. Strenuum tunc se Ducem gessit *Carolus, Comes Mansfeldensis*, Principis titulo hinc auctus.

Varsevicii Orat. de victoria contra Turcas in Sissek partâ, Pragæ 1593. editâ. Herm. Kirchn. Victoria Ungarica Marp. 1598 Sparnagelii Eques Aurei Velleris lit. D. Bucholc. Contin. pag. 733. 734 737. 738 740. 743. 754. *Chytræus l.* 30. *Saxon.* 1. *p.* 910. 911. 912.

4. Academiæ Giessenæ à Ludovico Fideli institutæ privilegia concedit amplissima, quæ 1607. d. 7. Octobris promulgantur, docentibus tunc cum nominis famâ Winckelmanno, Mentzero, Finckio, Helvico, Dieterico.

Chytræi Supplem. Saxon. Chron. p. 125. 126. *ubi programma pro Academ. Giessen. insertum est. Auchteri Oratio in laudem Academiæ* 1611. *edita: Christianus Matthiæ in Theatro Historico p.* 814.

5. Redditâ orbi quiete, seculo pace, quiete moritur Pragæ, ibiq; tumulatur in templo S. Viti.

5. *MATTHIAS I.*

1612 1. Eligitur d. 3. Junii 1612. Francofurti, & renunciatur

nciatur solenni acclamatione d.3. Octobris. ngariæ Rex coronatus fuerat 1608. d. 19. ov. Bohemiæ 1611 10. Jul.

Jul. Cæs. Bulengerus 13. Hist. p. 406.

2. Cum Turcico Imperatore, cum in auxilio nperii pauca spes superesset, inducias vicenales concludit.

3. In bellum *cum Bohemis* incidit, in quoum motuum initiô relictâ Bohemiâ Viennam sedem transfert, obitque ibidem 1619. 20. Martii, ætatis. LXII.

4. Eò defuncto parum fidi Bohemi *Electorem Palatinum, Fridericum*, Ungari *Bethlehem Gabor* Regem dicunt, unde devoluta ingens belli moles in successorem Ferdinandum, magnâ rerum in utroque Regno, nec non Germaniâ, conversione.

Actorum publicorum Caspar. Londorpii Tomi dno. Ios. Riccius l. 1. de Bellis Germanic. p. 3. seqq.

6. FERDINANDVS II.

1. Imperator unanimi Principum Electorum Suffragio Francofurti eligitur 1619. 20. Martii, coronatur in *Regem Hungariæ* Presburgi 1625. 18. Dec. in *Regem Bohemiæ* 1627. 25. Nov. 1619

2. Vix eo ad supremum Imperii fastigium evecto atrox periculosum, *FRIDERICO Electore Palatino*, breves ac fluxas Imperii habenas Pragæ capessente, *Motuum Bohemicorum* & sub *Gabriele Bethleno Motuum Ungaricorum* exardet incendium, quo latius serpente bellum ex bello seritur, & Germaniam quoque nostram per triginta annos hinc inde depascit. Operâ Hispani, Bavari & Saxonis *Bohemicô Palatini* passim dissipantur. *Vernulæi*

Vernulai Sermones quinque de Duce Boquoj Bucelinus in Annal. German. p.144.

3. Captâ & direptâ à Tillio Heidelbergâ; abdicato & pulso Friderico Electore Palatino, in Comitiis Ratisbonensibus Electorem Imperii renunciat Maximilianum, Bavariæ Ducem.

Bucelinus A.G p.145 Caraffa 1. Germ. restaur. p.159.

4. Rusticos Austriacos vi libertatem Religionis parum fidâ coitione quærentes vi alia compescit, sibiq; parêre diversis præliis cogit; indeque occasio promtior subministrata severiori mandato, quô Aug. Conf. addicti jubentur excedere Austriæ, Moraviæ & Styriæ provinciis.

Carolus Caraffa 1. Germ. Restaur. 253. & lib. 2. p.103. & c.264. Riccius de B.G. l.2. p.122. &c.

5. Adversus surgentem ex diversis victoriis Domus Austriacæ gloriã *Gustavus, Suecia Rex,* sua arma convertit, eaq; Victor ad Liizam, Lipsiam, & Rhainam, ubi magnus ille Tillius cadit, latè circumfert. Clade Liiziaca *Rex Suecus* pulchram subiit per vulnera mortem, à cujus obitu bellum nihilo segnius procedit ferente opem Galliæ Rege Ludovico, præbente manum Bernardo, Duce Vinariensi, multæque clades ultro citroque *inter Cæsareanos & Suecô Gallos* modò datæ, modò acceptæ. Dux *Friedlandius* malè consulens rebus Cæsareis à suis Egræ trucidatur.

Bucelini Annales Germaniæ p.145.146. Petavius 1. Ration. temp. fine pag. 659 660. Joseph. Riccius 5 de bellis German. p.325.326.328.329. & l.6. p.423. seqq. & l.8. p.530.531. seqq.

6. Vitâ

6. Vitâ excedit nondum compositis Germaniæ rebus, acriusque arma continuantibus hostibus; donec res componerentur sub Filio, Regni Successore.

7. FERDINANDUS III.

1638

1. E familiâ Austriâ XIII. Imperator, pietate, clementiâ, mansuetudine, affabilitate omnes boni Principis atq; Imperatoris laudes meritus.

2. Inter graves turbas *Ungariæ Rex* 1625. 18. Dec. *Bohemiæ Rex* 1627. sedatoque nonnihil turbine Ratisbonæ 1636. 20. Dec. solenniter coronatur *Rex Romanus* præsente Patre Augusto.

Caraffa de Germ. Restaur. p. 333.

3. Tres ducit uxores, *Mariam*; Philippi III. Hispaniarum Regis Filiam, è qua natus Ferdinandus Rex Romanorū, Hungarorum & Bohemorum. 2. *Mariam*, Leopoldi Archiducis Austriæ Filiam, unde nati Carolus Josephus, & *Leopoldus*, Rex Hungarorum & Bohemorum & Imperator. 3. *Eleonoram*, Caroli II. Ducis Mantuani sororem, quam ex Italiâ adducit Maximilianus, Comes Lambergius.

Bucelini Genealog. p. 20.

4. Nordlingensi prælio Victor *contra Suecos* victoriâ moderatè utitur; rebus prosperis nec elatus, nec adversis depressus.

5. Comitia celebrat Ratisbonæ ad sedandos Imperii motus, sed post varia tentata consilia successu dispari, cùm discordia magnos apparatus faceret, irritos. Prorogatur bellum, variasque partes Germaniæ instant percurrere *Joh. Bannerus*, *Leonhard Torstensonius*, *Gustavus Wrangelius*, Suecicæ militiæ Duces; quibus se

A a undi-

undique miſcet *Königsmarckius*, qui irruptione ſubitâ in Bohemiam factâ *Pragam minorem* occupat, & populatione hâc ultimâ claudit bellum, pace interim, tot votis expetitâ, Monaſterii & Oſnabrugæ conclusâ.

Bucelinus Annal. German. p. 147. 148. 149.

6. Germaniam tot ærumnis belli afflictam & proſtratam reficit, Imperio inter trium Regum exterorum aliorumq; Principum molimina poſt tricennale tandem bellum pacato, Paceque *Monaſterii & Oſnabrugæ* defeſſis utrinque viribus ſolenniter publicatâ. Primùm tunc renunciati *Electores Octo-Viri*, qui ſeculis retro numeratis fuerant Septem-Viri.

Inſtrum. Pacis Cæſar. Suecic. Art. 4. §. *Quod ad Domum.*

7. Academiæ Gieſſenæ renovat privilegia ante annos 33. è Rudolpho Imperatore clementiſſimè conceſſa, quam Nutritius alter Dn. Georgius, Haſſiæ Landgravius, miſſis ad eandem ſolennitatem Domino Ludovico & Dn. Georgio Filiis, Haſſiæ Landgraviis, reſtaurat.

D. Joh. Tackius, Medicinæ & Eloquentiæ P. in peculiari deſcriptione Gieſſæ edita.

8. Comitia altera celebrat Ratisbonæ, Filium Ferdinandum *Regem Romanorum* coronat, & unanimi conſilio pacem ac publicam tranquillitatem morbi firmiorem relinquit.

Bucelinus A.G. p. 150.

8. FERDINANDVS IV.

1653 1. Salutatur *Rex Ungariæ* 1647. menſe Junio, & ſequenti anno coronatur. Eligitur Auguſtæ Vindelicorum in Monaſterio Udalrici & Afræ voto

voto concordi Octovirorum *Rex Romanorum* 1653. magnoque applausu Ratisbonæ d.5. Junii in Cathedrali Ecclesiâ ab Electore Moguntino coronatur.

*Bucelinus A.G.p.*149.150.*Riccius* 10.*de Bello Germ.p.*718.

2. Vix ostenditur terris salutatus Rex, Romanorum, Ungarorum & Bohemorum, & Sol ille tot Imperiorum eripitur luci, sub quo nobis fore lætiora & pacatiora tempora sperabamus; sed quem dolorem ex ejus obitu repentino accepit Imperium, eum levat, quod *Fratrem Principem* dedit omnibus animi dotibus ac heroicis virtutibus ad gubernationẽ necessariis instructissimum, ad spem novam imperii servandi & promovendi.

9. LEOPOLDVS I.

1. Nascitur 1640. 9. Junii Patre Ferdinando 1658
III. Augusto, Matre Maria Anna, Philippi III. Hispaniarum Regis Filiâ.

2. Princeps pietate erga Deum, Ecclesiam & Imperium, prudentiâ, justitâ, liberalitate, mansuetudine, vigilantiâ, patientiâ, virtutibus tanto Heroë Imperii dignissimis, nulli secundus, amor & delitium orbis Christiani.

3. Ad summam in hoc orbe Europæo Imperii Romani dignitatem juvenis adhuc, optimo omine Reipublicæ Christianæ, collocatur, & Francofurti inter vota Electorum *Augustus* coronatur; datus augusti orbis ex familiâ Austriacâ quintus decimus Monarcha, & continuâ serie duodenus.

4. Poloniæ, Daniæ & Sueciæ Regum cruen-

tas lites prospero armorum successu inter clypeum componit, Poloniæ & Daniæ Regibus in regno servatis anno Regni sui secundo, unde distichon à Comite Kurtzio confectum:

Quot regnas annos, tot Reges restituisti;
Cæsaris est annos sic numerare suos.

5. Turca Anno 60. Ragozio Transylv. Duci ob auxilia Polono præstita, infensus, *illum* Principatu exui volebat, atque mox facta fuit expugnatio Waradin, cujus damnum incomparabile Imperatorem movit, ut arma sua Turcæ opponeret. Unde versa hostis in Hungariam manus, Neosolum quidem, sed simul duas insignes clades, unam ad Levam, alteram ad S. Gotthardum reportavit. Secuta pax Anno 64. cujus articuli extant in Diario Europæo. *Contin. X.*

V. Thulden. p. ult. & penult. Joh. Bethlen. de rebus Transylvan. Zecler Beschreibung deß Königreichs Ungarn.

6. Prima conjux fuit Margaretha Theresia, Philippi Hispan. Reg. Hispan. filia, ex qua genitus Ferdinandus mox obiit. Maria Anthonia verò Anno 1669. nata, desponsata nunc est Carolo Hispan. Regi. Altera fuit Claudia Felicitas, Archiducis Oenipontoni superstes filia. Quam tertia Anno 76. excepit, è domo Neoburgicâ, Anna Maria Josepha, ex qua nuper prognatus filiolus, magnam toti Germaniæ jam diu votis suspiratam felicitatem attulit & lætitiam.

7. Gravi nunc bello implicatur partim civili cum Hungaris: partim externo, cum Gallis & Sue-

& Suedis, quod sicut Anno 72. incepit, & in hæc usque tempora producitur; ita ut gloriosâ tandem pace finiatur, tota exoptat Germania.

8. Imperatori huic nostro vovemus, quod inter pia vota acclamatum Imperatori Henrico Aucupi: *DEUS te regem custodiat, DEUS te juvet. Dia tibi gratia adsistat.* Quod Claudianus ait, fiat ita sub hoc nostro Rege mansuetissimo.

Fallitur, egregio quisquis sub Principe credit
Servitium. Nunquam libertas gratior exstat
Quàm sub REGE PIO.

Vivat, vincat, regnet Imperator Cæsar LEOPOLDUS I. Princeps Romanus, Rex Germanicus semper Augustus, Patriæ Pater. Faxit DEUS, ut hoc tandem sub Cæsare bella quiescant, *Cæsare qui prior est imperioque DEUS*; utque Germania vel æternam sine bello pacem, vel perpetuum in bellis triumphum experiatur,

AMEN.



EDITIONES
Autorum allegatorum.

Herodotus, edit. Francof.	1608
Plutarchus, Francof.	1599
Pausanias, Basil.	1551
Dionys. Halicarnassensis, Francof.	1586
Josephus. Aureliæ.	1611
Strabo, Lugduni Gallorum.	1659
Plinius. Francof.	1582
Diodorus Siculus, Hanoviæ.	1611
Justinus, Parisiis ap. Rob. Steph.	1543
Berosus, Antverp.	1545
Aristoteles, Lugd. Gall. Casaub.	1590
Athenæus Lugd. Gall.	1583
Zosimus, Francof.	1590
Diogenes Laërtius, Paris.	1570
Amin. Marcellinus, Lugd. G.	1591
Herodianus, Lugd. G.	1611
Polybius Gen.	1597
Julius Cæsar, Argent.	1613
Hirtius.	ibid.
Gellii Noctes, Genev.	1602
Theocriti Idyllia, Heidelb.	1604
Dio Cassius, Francof.	1599
Suetonius, Genev.	1607
Seneca, Gen.	1620
Origenes contra Celsum, Augustæ.	1605
Ælianus, Lugd. G.	1587

Sulpitius

Sulpitius Severus, Francker. 1607
Lucianus, Basil. 1563
Frontinus, Lugd. Bat. 1592
Ciceronis Opera, edit. Gothof. Lugd. G. 1588
Augustinus de Civ. Dei, Basil. 1555
Curtius. 1646. Leidæ.
Livius, Vellejus, Eutropius, Diaconus, Jornandes, Spartianus, Capitolinus, Lampridius, Pollio, Vopiscus, edit. Genev. 1628
Dictys Cretensis & Dares Phrygius, Amsterod. 1631
Aur. Vict. de Viris illustribus Basil. 1547
Florus, Argentin. 1632
Lactantius, Antverp. 1587
Plinius Epistolæ & Panegyr. G. 1620
Macrobius Lugduni G. 1585
Sallustius, Francof. 1607
Orosius, Colon. 1561
Tacitus, Argent. 1638
Valerius Maximus, Antverp. 1600
Philostorgius, Genevæ. 1643
Sozomenus, Basil. 1557
Nicephorus, Francof. 1588
Socrates & Theodoretus, Lovanii. 1569
Witichindi Annales, Francof. 1625
Regino, Hermannus Contractus, Lambertus Schaffnaburgensis, Erphesfordensis, Marianus Scotus, Dodechinus, Sigebertus, Robertus de Monte, Sigefridus, Godefridus Viterbiensis, Wernerus Rolevincius, Linturius ex edit. Pistorii Francof. 1613
Luitprandus, Eginhardus, Annales Franciæ,

Turpinus, Richardus Bartolinus, Guntherus Ligurinus, ex edit. Reuberti Francof. 1584
Chronicon Laurishamense, Bruno de Bello Saxonico. Venericus Vercellensis de Schismate inter Henric. IV. & Greg. VII. Burchardus de Medio L excid. Godefridi Pantaleonis hist. Annales. Chronicon Australe. Chronicon Augustense. Haintrici Steronis Añales. Hainrici Rebdorffensis Annales. Chronicon Elwangense, ex editione Freheri Francof. 1600
Otho Frisingensis & Radevicus Argent. 1515.
Conradus à Lichtenau, Abbas Urspergensis. Basil. 1537
Albertus, Abbas Stadensis, Witteb. 1608
Cosmas Pragensis, Hanoviæ, 1607
Helmoldus & Arnoldus, Lubec. 1660
Chronicon Magnũ Belgicum: Wippo; Chronicon Constantiense, Chronicon Mindense. Francof.
Thomas Walsingham: Guilielmus Gemiticensis: Francof. 1603
Felix Fabri Francof. 1605
Crantzius Francof. 1575
Trithemii Chronicon. Francof. 1601
Chronicon Limpurgens. Heidelb. 1617
Naucleri Chronicon. Tubingæ. 1516
Aventinus, Basil. 1580
Vincentius Beluacensis Venet. 1591
Palmerii Chronicon. Basil. 1570
Panvinii Chronicon. Colon. 1568
Willebrandus, ex Allatii editione Amstelod.
Æneas Sylvius, Colon. 1524

Joh.

Joh. à Leidis: Ægidius de Roya. Francof. 1620
Alvarus Pelagius Venet. 1560
Hepidanus: Ekkehardus Francof. 1606
Apologia Philip. Hass. Landgr. Marpurgi 1540
Crusii Annales Suevici. Francof. 1595
Theodoricus de Niem. Argent. 1609.
Bernh. Hertzog. Chronic. Alsatiæ. Argent. 1592
Meibomii Chronicon Riddagshusanum, Helmstad. 1620
Sabellicus. Venet. 1502
Serarii Annales Moguntini. Moguntiæ. 1604
Piderizii Chron. Lippiense.
Bonfinius Francof. 1581
Goldasti Constitutiones Imperiales, Franc. 1615
Bucholcerus, Francof. 1612
Cuspinianus, Basil. 1561
Frossardus, Francof. 1578
Guicciardinus, Basil. 1567
Huldaricus Mutius Franc. 1613
Chytræus Lipsiæ. 1611
Sleidanus Argent. 1566
Tuanus Francof. 1621. in 8.
Bellajus Francof. 1574
Jovius Basil. 1560
Bulengerus Lugd. 1618
Bucelinus Augustæ. 1655
Petavius Moguntiæ. 1646
Londorpius Francof. 1627
Ludov. Avila. Antverp. 1550
Carafa. Colon. 1639
Sigonius de Auria. Genuæ. 1586
Guillimanni Habsburg. Mediolani. 1605

Joh.Riccius, Venet.	1648
Lupacii Ephemerides, Pragæ.	1584
Sigonius de Regno Ital. Franc.	1591
Octavius de Strada, Franc.	1615
Volaterranus Basil.	1559
Hedionis Chronicon. Argent.	1539
Wimphelingus de Episc. Arg. Argent.	1651
Wurstisii Chron. Basil. Basil.	1580
J. Baptista Pigna, Mogunt.	1580
Hieronymus Rubeus. Venet.	1572
Gerstenbergeri Chr. Franckenb. Heidelb.	1619
Cyr. Spangenbergii Chron. Saxoniæ Franc.	1585
Regkmanni Chron. Lubecense Heildelb.	1615
Joach. Curæi Chron. Silesiæ. Franc.	1585
Justini Göbleri Chronica rerum gest. Maximiliani I. Franc.	1566
Lehmanni Chron. Spirense. Francof.	1612
Calvisii Chronol. Lips.	1605

Elogia de Compendiis Historiarum.

Andreas Franckenbergerus de Histor. lectione p. 340. edit. Witteb.

Perutile est contexere Epitomen ab initio mundi, ut juventus seriem rerum gestarum & temporum quotidiè ob oculos ponat, & authenticos scriptores, etiamsi absit maturitas ætatis, quasi ex magno loci intervallo admirari incipiat,

Joh. Otto. Brugensis Introduct. in Histor. Rom. p. 1. edit. Drüssel. dorp. 1562.

Pru-

Prudentèr faciunt literarum Professores, qui ante justam solidamq; artis aut rei tractationem in compendium contrahunt, quod tradere decreverunt, & quasi negotii summam juventuti breviter proponunt, *quæ postea paratior ad pleniorē solidioremque enarrationem accedit, & in eâ majore cum fructu versatur. Qui* confidentiùs contemtâ hac methodo *ad alicujus artis cognitionē* introrumpere *cogitant, postquam errare per auctores plures cœperint*, seriùs proficiunt, & rarò quod discere volunt integrè perfectèq; cognoscunt. *Qui historias* nullo ordine *pervolvunt, tantùm puerilem hauriunt multâ lectione delectationem, quæ judiciis sæpe officit, & eam, quam adipiscuntur* tumultuario studio *cognitionem, vero usu fructuque abundare non sinit.*

Joh. Hennerus Assert. de histor. n. 12. ed. Tub. 1599.

Quicunque in lectione historiarum utiliter versari cupiet, is initio universam mundi historiam uno quasi intuitu complecti animoque comprehendere studeat, quoniam cognitionem promptam & perceptionem ordinis beneficio perfacilem præstare videtur.

Paulus Bolduanus Biblioth. Hist. præfat. F. 4. a. ed. Lips.

Ut ordo in omnibus rebus lumen præbet memoriæ; ita in historiis præsertim nihil est, quod plus adjumenti ad res pernoscendas afferat quàm ἐυταξία. Sicut in cæteris artibus initio methodus & summa totius doctrinæ in compendium

pendium contracta rectissimè dicitur: Sic *in* Historiarum etiam lectione Principio *Epitomen brevem* seu *Chronicon*, complectens seriem omnium temporum & Imperiorum ac præcipuarum generis humani mutationum accuratè cognoscendum esse, persuasum omninò habeo, donec probe, jactis his fundamentis & rivulis mediocriter degustatis processu temporis, fontes ipsos cum fructu & utilitate expeditius penetremus. Quod breve est & *compendiosè ac methodicè explicatum*, id & ad intelligendum facilè & ad reminiscendum jucundum esse, ipsa experientia testatur.

FINIS.